24. **Chrysaena**, Bp. (Chrysotreron, in litteris, nec Chrysaenas). Plumae cervicis, dorsis, pectorisque angustae, lanceolatae, acuminatae: tectrices alarum caudaeque superiores latiores, sed valde elongatae, lanceolatae, juxtapositae; infimae longiores: juguli tamquam squamatae; caeterae plus minus decompositae.

COLUMBA **luteovirens**, Hombr. et J. (lutea, Aliq. - flava Gr. - Calaeas gouldi! Reich. nec Gr. - Callaeas flava, Reich. - Ptilinopus luteo-virens, Pucheran. - Chrysoenas luteo-virens, Bp.) Voy. au Pole sud. t. 12. f. 2. - Reich., Syst. Av. t. 245. f. 2594. et t. 265. f. 1469, 1470. ex Ins. Balaou. Viridi luteoque varia; capite luteo-viridi; abdomine medio tectricibusque alarum inferioribus flavissimis.

SUBFAMILIA 190. ALECTRAENADINAE.

Majores: colores nigri et rubri. Analogiam cum DASYPTILIS et CALYPTORHYNCHINIS praebent.

25. **Alectraenas**, Gr. 1840. (Chlamydaena, Bp. *Conspect. Syst. Orn.* 1854). Plumae capitis, colli, pectorisque elongatae, angustae, subulato-acuminatae, apice cartilagineae, nitidae: cauda truncata. Madag. Ins. Franc. 1.

COLUMBA *nitidissima*, Scop. (franciae, Gm. - batavica, Bonnat. - jubata, Wagl. - Ptilinopus nitidissimus, Gr. - Alectraenas franciae, Auct. - Al. nitidissima, Gr.) *Sonn. Voy. t.* 101. - *Le Vaill. Afrique vi. t.* 267. - *Knip, Pig. i. t.* 19. - *Reich., Syst. Av. t.* 254. f. 1302. ex *Afr. m. Ins. Franc. Ex nigricante coeruleo-violacea; plumis rigidulis, capitis, colli, pectorisque lacteis; uropygio caudaque coccineis; rectricibus mediis rachide violacea: remigibus intus nigricantibus: orbitis genisque nudis rubro-carneis: rostro nigricante, basi rubro, apice flavo; pedibus nigricantibus.*

26. **Funingus**, (errore Furningus, O. des Murs 1854. ex Buff. - Alectraenas, Bp. nec Gr.) Madag. et Ins. Seychelles. 2.

1. COLUMBA *madagascariensis*, L. (phenicura, Wagl. - Palumbus coeruleus madagascariensis, Briss. - Ptilinopus madagascariensis, Gr. - Colombe bleue, Less. *Traité Orn. p.* 470. esp. 26.) *Pl. enl.* 11. - *Le Vaill. Afr. vi. t.* 266. - *Knip, Pig. i. t.* 17. - *Reich., Syst. Av. t.* 254. f. 1301. ex *Madagasc. Ins. Seychelles. Coracino-violaceus; capitis collique plumis linearibus acuminatis canescentibus; crisso violaceo-purpureo: remigum prima apicem versus interne emarginata: cauda subrotundata, rectricibus magna ex parte atro-purpureis: rostro nigro apice flavo; orbitis nudis, pedibusque rubris.*

Faem. minor, vix minus nitida.

* 2. COLUMBA *sganzini*, Verr. (Funingus sganzini, O. des Murs.) *Encycl. d'Hist. Nat. Ois. vi. p.* 32. fig. nulla. ex *Madag.* - *Similis* Erythr. rubricapillae; sed pileo haud rubro et absque carunculis.

Nigro-virescens, pulverulentus: sincipite cinereo-virescente; occipite nigro-viridi subcinerascete; cervice fusco-cinerea, centro nigricante; uropygio atro-coeruleo; gula cinereo-alba; juguli plumis emarginatis, barbulis elongatis; pectore cinereo inferne substriato; abdomine

ex virescente atro-coeruleo: remigibus, reetricibusque coeruleo-nigris subcinerascentibus: rostro fusco-cyaneo; orbitis rubris; pedibus virescentibus.

- * 27. **Erythraena**, Bp. (Alectraenas, part. Gr.) (Lora subplicata plumulis minimis intermixtis; plumae colli elongatae erectiles. Madag. 1.

COLUMBA **pulcherrima**, Scopoli. (rubricapilla, Gm. - Ptilinopus pulcherrimus, Gr. - Pt. rubricapillus, Auctor. - Janthaenas! pulcherrima, Reich. - Erythraena pulcherrima, Bp.) Sonnerat. Voy. Nouv. Guin. t. 67. - Knip, Pig. I. t. 20. - Reich., Syst. Av. t. 250. b. f. 3361. *ex Ins. Sechelles. Madag. Nigro-coracina; capite, collo, interscapilio, pectoreque griseis: remigibus; reetricibusque pulverulentis; plumis pilei longiculis, raris, sericeis, ruberrimis; crisso albido nigro-vario: maxillae basi, loris et orbitis nudis corneo-rubellis: rostro nigro, apice albo; pedibus cinereis.*

SUBFAMILIA 192. CARPOPHAGINAE.

Rostrum elongatum, tenue, apice tantum corneum; mandibulae basi subtus plumosa: pedes minus vestiti, solea dilatata; digiti elongati; pollice valde explicato; unguibus validis, incurvis: alae amplae, validae: cauda elongata, reetricibus 14. Majores. Colores capitis, colli et corporis subtus pallidi, absque nitore columbino, dorsi tantum alarum et caudae metallici.

Gregariae: Sylvaticae: ovum singulum parientes.

- * 28. **Globicera**, Bp. (Carpophaga, partim, Gr.) Cera carnosae, globosae, ante frontem erecta, nuptiarum tempore, in mare saltem, turgescens. As. m. et Oc. 9.
1. COLUMBA **pacifica**, Gm. (globicera, Wagl. olim aenea mas - aenea, Quoy et Gaim., nec L. - Carpophaga pacifica, Reich. - globicera, Gr. - Globicera pacifica, Bp.) Voy. Uranie t. 29. - Reich., Syst. Av. t. 250. f. 1285. *ex Nova Guinea. Ins. Tongatab. Mus. Paris. ab Arnoux, ex Ins. Wallis. Obscure aenea; subtus luride vinacea, abdomine medio rufescente, lateribus femoribusque cinerascentibus; tectricibus caudae inferioribus castaneis: capite cerviceque latissime griseis, capistro albicante: alis caudaque subtus nigricantibus: cera nigra, globosa.*
2. COLUMBA **forsteri**, Wagl. (C. globicera var. ? Reinhardt, ex Mss. Forst. - Carpophaga wilkesii, Peale. - forsteri, Gr. - Globicera forsteri, Bp.) Icon. ined.

189.-*Isis* 1829. p. 729. ex *Ins. Otahiti. Simillima*
Globicera pacifica, sed capite et cervice fuliginoso-nigris.

Aeneo-viridis, coeruleo-micans; subtus fuliginosa; tectri-
cibus tantum caudae inferioribus ferrugineis; capistro
albo: cera nigra, haud globosa.

3. **COLUMBA oceanica**, Less. (*Carpophaga oceanica*,
 Selby. - *Globicera oceanica*, Bp.) *Voy. de la Coquille*
 t. 41. - *Knip*, *Pig.* II. t. 24. - *Kittl. Kupfer Vög.* t. 33.
 f. 1. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 250. f. 1283, 1284. ex
Oualan, Ins. Carolinens. Ins. Pelew. Media;
aeneo-viridis fuscescens; subtus castanea: capito, collo,
pectoreque cinereis; fronte, genis, gulaque albicanti-
bus: rostro nigro; pedibus rubro-aurantiis.

Mas et Faem. tuberculo rostrali carnosio erectili, nuptiarum
 tempore turgescente.

- * 4. **CARPOPHAGA microcera**, Bp. in litt. (*Globice-*
ra microcera, Bp. 1854). *Mus. Paris.* ab Astrolabo
 ex *Ins. Vavao*, a Zéléé ex *Samoa*. *Similis praece-*
denti, sed rostro graciliore; abdomine griseo vix rufes-
cente; tectricibus caudalibus inferioribus tantum casta-
neis: pedibus fusco-corneis.

5. **COLUMBA myristicivora**, Scopoli. (aenea var. *Gm.* -
globicera part. *Wagl.* - *Carpophaga myristicivora*,
Gr. - *Globicera myristicivora*, Bp.) *Sonnerat, Voy.*
 t. 102. ex *Nova Guinea*. *Major; capite griseo,*
collo, pectore, abdomineque griseo-vinaceis; tectricibus
caudae inferioribus albido-cinnamomeis: tectricibus ala-
rum minoribus cupreo-viridibus; remigibus, reetricibus-
que nigris: rostro fusco; iridibus pedibusque carmineis.

- * 6. **CARPOPHAGA tarrali**, Bp. in litteris. (*Globicera*
tarrali, Bp. 1854). *Mus. Paris.* ab Astrolabo, ex *Va-*
nikoro. *Viridi-smaragdina, vix aurea, nec aenea, uni-*
color, alis caudaque concoloribus; subtus obscure cine-
reo-castanea: pileo cerviceque dilute plumbeis; genis, gula
albidiore, juguloque vinaceis; alis subtus nigris; late-
ribus femoribusque fuscis; crisso, tectricibusque cau-
dae inferioribus castaneis.

Claudio Tarralo M. D. in arte sua manu et ingenio
 maxime experienti, iudicii in ingenuas artes exquisitissi-
 mi, speciem hanc grato libentique animo consecro.

- * 7. **CARPOPHAGA rubricera**, Gr. (*Globicera rubricera*,
 Bp.) *Figura nulla. Mus. Brit.* 1854. ex *Patria ig-*
nota - Mus. Par. ex Nova Hibernia. Cupreo viri-
dis; capite, jugulo, pectoreque albo-vinaceis; cervice
cana; abdomine, crisso, femoribusque ferrugineis; tectri-
cibus caudae inferioribus castaneis: remigibus rectri-
cibusque atro-cyaneis viridi-micantibus: ceromate tu-
mido-rubro. Longit. 1. $\frac{1}{4}$ pedalis. Alar. $\frac{2}{3}$ ped.

- * 8. **G. sundevalli**, Bp. Mus. Par. a Soc. Miss. 1849. - ab Arnou. ex Ins. Tonga-tabou et Wallis. Similis quoad colores Carp. aenae; sed magis virescens; tibiis, crisso, lateribusque valde obscurioribus. Aeneo-viridis in interscapilio scapularibusque aureo-micans; subtus griseo-ardesiaca: capite, cerviceque latissime caeruleo-griseis; fronte albicante, capistro gulaque albis; jugulo pectoreque dilute vinaceis; tectricibus caudae inferioribus castaneis: alis subtus ardesiacis; remigibus tectricibusque aeneo-nigris unicoloribus, subtus valde obscuris: rostro nigro; cera vix globosa, minime turgescente; pedibus rubris.

Cl. Sundevallo dicata, ob recentissimum suum Parisiensem itinerem.

9. **C. aurorae**, Peale. (Glocicera aurorae, Bp.) Unit. Stat. Expl. Exped. viii. p. 201. t. 56. ex Ins. Aurorae sive Maitia, Archip. Societ. Obscure cyanea, aeneo-micans; capite, collo, pectoreque cinereis: subtus, in mento nivea, sensim caudam versus in plumbeum obscurascens; crisso viridi-aeneo: alis caudae subtus atro-ardesiaca; remigum tertia et quarta subaequalibus omnium longissimis; cauda lata, subtruncata, rachidibus nigris: rostro nigro; pedibus sanguineis.

29. **Carpophaga**, Selby. 1835. Remigum prima acuta quintam superante, margine integro, continuo; omnibus apice rotundato, minime lobato.

As. m. Oc. 8.

1. COLUMBA **aenea**, L. (pacifica? Gm. juv. - muscadivora, nias, Temm. - Palumbus mollucensis, Briss. - Carpophaga aenea, Gr.) Pl. enl. 164. - Knip, Pig. 1. t. 5. mas nec t. 4. quae Ducula paulina, Bp. ex Temm. - Reich., Syst. Av. t. 250. h. f. 3359, nec 3360. ex Ins. Moluccis, Java, Sumatra, Borneo. Aeneo-viridis aureo micans, maculis nullis; subtus cum capite, collo undique et interscapilio subvinaceo-cana; fronte albicante; tectricibus caudae inferioribus obscure castaneis: remigibus atro-coracinis, externe subcanescentibus: tectricibus aeneo-viridibus; subtus atro-rufescentibus, rachidibus omnibus rufo-fuscis: rostro, basi depresso, nigro, dextro flavido; pedibus fusciscentibus.

Specimina ex Ins. Nicobar. colore viride, minime in aeneum vergente; subtus, cum capite colloque, pure grisea minime rufescens; remigibus haud cinerascens; tectricibus caudae inferioribus dilutioribus.

- * 2. **C. chalybura**, Bp. Mus. plurimis, ex Ins. Philipp. Simillima praecedenti; sed capite colloque etiam albidioribus; fronte concolore: remigibus valde cinerascens; cauda subtus dilutiore cinereo-chalybea, nec rufo nigricante: rectrice extrema rachide subtus albida.

3. **COLUMBA *sylvatica***, Tickell, nec Gosse. (aenea ex India, Auct. nec Raffles. - *Carpophaga sylvatica*, Blyth.) Journ. As. Soc. II. p. 581. - Mus. Paris a Dussumiero, ex India mer. or. Assam, Arracan, Tenasserim, Bengal. Similis C. aeneae; sed rostro valde brevior et gracilior, dextro flavicante: capite obscuriore, et cum pectore abdomineque, rufescente; dorso, alis valde brevioribus, caudaque aureocupreis, minime coerulescentibus; cauda subtus cinereo-chalybaea, rachide reatricis extimae albicante: pedibus carmineis.
4. **C. *pusilla***, Blyth, Cat. Calc. Mus. p. 1402. - Journ. As. Soc. XVIII. p. 232. ex montibus Nilgherriis, Ceylan. Simillima praecedenti sed minor: capite dilutior, minime rufescens: cauda subtus rufo-nigricante: rostro elongato.
5. **COLUMBA *perspicillata***, Temm. (*Carpophaga perspicillata*, Gr.) Pl. col. 246. Reich., Syst. Av. t. 251. f. 1291, 1292. ex Insulis Philippinis, Moluccis. Aureo-viridis; subtus albida; fasciola frontali orbitisque albis; pileo cerviceque fusco-cinereis; colli lateribus fuscis: tectricibus alarum nigro-notatis marginibus vivide aureis; inferioribus albidis: remigibus reatricibusque atro-cyaneis, subtus cinereo-rufescentibus: rostro fusco-virente; pedibus carmineis.
6. **C. *ochropygia***, Bp. Mus. Paris. n^o. 248. foemina ab Astrolab. ex Balaou. Majuscula; fusco-ciocolatina; subtus albo-testacea, pileo, genis, cerviceque latissime cinereis, gula roseo-albida; pectore cinereo-vinaceo; tectricibus caudae inferioribus pallidis linea centrali fusca; tectricibus alarum inferioribus, pennis axillaribus, remigibusque interne, cinnamomeo-castaneis: reatricibus rufo-ciocolatinis, subtus griseo-cinnamomeis.
7. **C. *latrans***, Peale, Unit. Stat. Expl. Exped. VIII. p. 200. t. 55. ex Ins. Fidji. Ex fusciscenti vinaceo-griseo, vertice pectoreque intense vinaceis; ventre cinnamomeo; crisso tectricibusque caudae inferioribus fulvescentibus; alis spadiceis; subtus dilute castaneis: remigibus primariis nigricantibus margine externo griseis; tertia omnium longissima; prima angustissima acuminata: cauda viridi-castanea, subtus cinnamomea rachidibus albis; reatricibus subaequalibus latis apice rotundatis: rostro nigro, gracile, naribus parvis linearibus: pedibus carmineis, tarsis ex toto fulvo plumosis; halluce hinc inde setolis brevibus vestito. An hujus generis?

- * 50. **Ptilocolpa**, Bp. (Carpophaga, partim, Gr.). Remigum prima, pogonio interno profunde excavato, valde brevior quam quinta, quae cum sequentibus apice lobato-spathulato: cauda brevicula, parum explicata, metallica.

Ins. Philipp. 2.

1. CARPOPHAGA **Carola**, Bp. in litt. (Ptilocolpa carola, Bp. 1854). Collect. Bp. a Parzudakio, adult. - *Mus. Paris.* juv. Figura nulla. ex *Ins. Philippinis.* Cuprea, in interscapilio purpurascens, in tergo alisque aereo-rubens, maculis smaragdinis conspersis; capite, in mento albicante, colloque undique late griseis; pectore aeneo-subvirescente; abdomine late rubro vinaceo; crisso albo; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeo-castaneis, lateribus cinereo-virentibus: alis subtus omnino cinereo-subviolaceis, unicoloribus; remigibus cupreo-nigricantibus, primariarum apice opaco: reatricibus aeneo-viridibus; subtus nigricantibus; extimis cinereis; rachidibus supra nigris, subtus, apice excepto, albis: rostro flavido; pedibus rubellis.

Juvenis subtus ex toto fusco-cinerea, minime castanea; uropygio splendide viridi-smaragdino.

Avem pulcherrimam dicamus amatissimae CAROLAE PRIMOLI BONAPARTE, nomine dignae; filiae optimae, sororis, sponsae, matrisque exemplum!

2. CARPOPHAGA **griseipectus**, Gr. (Ptilocolpa griseipectus, Bp.) *Mus. Brit.* 1854, et *Coll. Bp.* a Parzudakio, Figura nulla. ex *Ins. Philippinis.* Cinerea, caudam versus sensim fuscescens, maculis nigris crebris, in tectricibus alarum subconfluentibus; subtus purpureo-castanea: pileo, genis, cervice et interscapilio dilute griseis; gula, jugulo et colli lateribus albis; scuto pectorali intense griseo; remigibus nigricantibus: reatricibus nigro virentibus, subtus nigris; extima utrinque subtus cinerea, rachide albido: rostro flavo; pedibus rubellis. Longit. 13 pollicar. - Alar. 8 poll.

51. **Ducula**, Hodgs. 1836. (hinc *Rhinopus*, Hodgs. 1841. - *Carpophaga*, partim, Gr.) Rostrum breve tenue: pedes debiles, valde plumosi, solea dilatata: alae breviculae; remigum prima acuta sed non excavata; 3^a et 4^a omnium longissimae; sequentes sublobatae, sed vix spathulatae: cauda longa, valde explicata, haud metallica; colores vix metallici, saepe rufescentes, pileo vel gula discolore.

As. m. Oc. 8.

1. **Ducula insignis**, Hodgs. (Columba cuprea hinc badia, Jerdon, nec *Raffles.* - *Carpophaga insignis*,

Blyth.) *Asiat. Research.* XIX. p. 162. - *Mus. Paris.*

ex Himal. Nilgherr. Arracan. Aeneo-purpurina; uropygio, tectricibusque caudae superioribus dilutionibus: subtus cum capite colloque cano-lilacina; pileo vix canescente; gula alba; tectricibus alarum inferioribus rufo-cinnamomeis: tectricibus caudae inferioribus brevissimis, albo-cinnamomeis: cauda fusca apice late cinerascete subtus argenteo. - Longit. 20 poll. - Alar. 9. Faem. valde minor et coloribus obscurioribus.

2. COLUMBA **badia**, *Raffles. nec Jerdon* (capistrata, *Temm. - Carpophaga badia, Gr. - Ducula badia, Bp.*) *Pl. col.* 165. mas. - *Knip, Fig.* II. t. 57. - *Reich., Syst. Av. t.* 228. f. 1274. *Mus. Paris. ex Java, Sumatra. Ex olivaceo aeneo-ardesiaca, subtus vinaceo-lilacina; pileo, genisque griseis; gula rosea; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeo-castaneis: cervice vinaceo-violacea: tergo, tectricibusque alarum majoribus et caudae superioribus fusco-ardesiaceis, inferioribus dilute plumbeis: cauda elongata, nigricante, tectricibus apicem versus dilutionibus cinereis, subtus spurce argenteis.*
3. COLUMBA **lacernulata**, *Temm.* (*Ducula lacernulata, Bp.*) *Pl. col.* 194. mas. - *Reich., Syst. Av. t.* 228. f. 1273. *Mus. Paris. et Lugdun. a venerando Reinwardto. - ex Java. - Fusco-aenea, tectricibus alarum subvirescentibus; subtus griseo-vinacea: pileo genisque griseis; gula vinaceo-cinnamomea; cervice latissime cinereo-vinacea; crisso et tectricibus caudae inferioribus rufis: tectricibus nigricantibus apice latissime cinereis; subtus pallidioribus, rachidibus albidis et apice argenteo: rostro nigro; pedibus rubris.*
4. COLUMBA BASILIS, *Temm.* (*Carpophaga basilica, Sundev. in litt. - Ducula basilis, Bp.*) *Schlegel, Man. Zool. inedit.* fig. optima. - *Mus. Lugdun. ex Ins. Gilolo. Affinis C. aeneae; sed paulo major et valde praestantior: viridi-aenea, plumis apice late rufis unde dorso fere toto rufescente: subtus, cum tibiis tectricibusque alarum inferioribus, laete rufa, unicolor; capite colloque undique pectorisque parte anteriore albo-vinaceis; cervice pallide coeruleo-cana: tectricibus a basi viridi-coracinis, in medio cyaneo nigris, apice griseo fuscescentibus: rostro nigro, levissimo: pedibus rubris.*
- * 5. COLUMBA **paulina**, *Temm.* (*olim C. aeneae, faem. - Carpophaga paulina, hinc Ducula paulina, Bp.*) *Knip, Fig.* I. t. 4. - *Reich., Syst. Av. t.* 230. b. f. 3360. - *Mus. Lugdun. ex Ins. Celebens. Aeneo-*

*viridis subtus cum capite, colloque: glauco-vinacea; nu-
cha, tectricibusque caudae inferioribus rufo-ferrugineis.*

6. COLUMBA **cineracea**, Temm. (Carpophaga cineracea, Gr. - Ducula cineracea, Bp.) *Pl. col.* 563. mas. - Reich., *Syst. Av. t.* 228, *f.* 1272. *Mus. Paris.* a Quoy et Gaim. *Mus. Lugdun.* a Mackloto et Mullero. *ex Timor.* Cinereo-viridis fuscescens, minime aenea; subtus cinereo vinacea; ventre, crisso, tectricibusque caudae inferioribus cinnamomeo-albicantibus; pileo, genis cerviceque plumbeis: remigibus tectricibusque fuscis: rostro nigro; pedibus plumbeis, valde plumosis.

7. COLUMBA **rosacea**, Temm. (Carpophaga rosacea, Gr. - Ducula rosacea, Bp.) *Pl. col.* 578. - Knip, *Pig. II. t.* 54. mas. - Reich., *Syst. Av. t.* 228, *f.* 1275. (Quid *t.* 224, *f.* 1261. dorso roseo; alis caudaeque viridibus?) *Mus. Par. ex Insula Timor.* Griseo-subaenea, in alis caudae viridi paulo micans, et tamquam irrorata aut pulverulenta; tectricibus alarum cyaneo-virentibus, apice obscurioribus. Subtus cano-vinacea; pileo genisque roseo tinctis; gula, lineola ad rostri basin, orbitisque albidis; cervice et colli lateribus dilute griseis; tectricibus caudae inferioribus castaneis; rostro nigricante; pedibus rubris.

- * 8. CARPOPHAGA **pistrinaria**, Bp. in Litt. (Ducula pistrinaria, Bp. 1854.) *Mus. Paris.* a Zelée. *ex Ins. Sti Georg. Arch. Salomonis.* Similis praecedenti; sed glauco-cana, unicolor, tamquam pulverulenta; capite concolore, tantum dilutiore, minime roseo, capistro orbitisque albidis: subtus ex toto canescens; pectore tantum vix vinaceo; tectricibus caudae inferioribus castaneis.

52. MYRISTICIVORA, Reich. (Carpophaga part. Gr.) Remigum secunda omnium longissima: cauda rotundata: colores albi.

As. m. Oc. 5.

- * 1. CARPOPHAGA **grisea**, Gr. (Columba argentina? Temm. *Mus. Lugdun.* - Myristicivora grisea, Bp.) Great grey Pigeon, *List. B. Br. Mus.* 1844. III. *p.* 5. *ex Malasia, Borneo!* Griseo-argentea, capite colloque dilutioribus: remigibus, scapularibus, tectricibusque basi late alba, nigris. *Longit.* 16 pollicar. *Alar.* 8 poll.

2. COLUMBA **bicolor**, Scopoli. (alba, Gm. nec Temm. - littoralis, Temm. - Carpophaga myristicivora, Gr. *List. B. Br. Mus.* 1844. hinc, C. bicolor, Gr. - Myristicivora littoralis, Reich. - Myristicivora bi-

color, Bp.) *Sonnerat, Voy. t. 105. nec 102. - Knip, Pig. 1. t. 7. - Reich., Syst. Av. t. 229. f. 1278. 1279. ex Nova Guinea, Ins. Moluccis, Nicobar. Alba; remigibus, fascia caudali latissima, et pognio externo reatricis extimae, nigris; tiliarum plumis albis; rostro, pedibusque nigricantibus.*

3. COLUMBA **luctuosa**, Reinw. (Carpophaga luctuosa, Gould. - Carp. casta, Peale. - Myristicivora luctuosa, Reich.) *Pl. col. t. 247. adult. - Knip, Pig. 11. t. 40. - Gould, Austr. v. t. 60. - Reich., Syst. Av. t. 229. f. 1276. 1277. United. Stat. Expl. Exped. Orn. p. 204. t. 58. mas. ex Ins. Sooloo, etiam prope Urbem Soung. Ins. Molluccis, Austral. Alba, remigibus, cauda latissima ad apicem, alula spuria, tiliarum plumis, tectricibusque caudae inferioribus apice, nigris: reatricibus nigro-marginatis; mediis sex ultra dimidium nigris, caeteris gradatim minus minusque, extimis apice extremo tantum, nigris: rostro, palpebris, pedibusque coerulescentibus, dextro unguibusque nigris. Longit. 1 $\frac{1}{4}$ pedalis.*
Quid Carp. 1407. Blyth. Cat. Calc. Mus. p. 232. ex Nova Guinea?

53. ZONAENAS, Reich. (Carpophaga, part. Gr.) Rostrum gracile. Colores splendidi: cauda fasciata. Ocean. 5.

1. COLUMBA **mulleri**, Temm. (Carpophaga mulleri, Gr. - Zonaenas mulleri, Reich.) *Pl. col. 566. faem. adult. - Knip, Pig. 11. t. 56. - Reich., Syst. Av. t. 232. f. 1293. ex Nova Guinea. Ardesiaca; subtus purpureo-rufa: pileo roseo-lilacino lineola cinnamomea marginato; gula guttureque albidis; collare nigro in medio gulae angusto, in cervice valde dilatato; interscapilio intense purpureo-granatino: reatricibus fascia mediana albida.*

2. COLUMBA **pinon**, Quoy et Gaim. (Carpophaga pinon, Blyth. - Zonaenas pinon, Bp.) *Voy. de l'Uranie. t. 28. - Knip, Pig. 11. t. 15. - Dict. Class. Hist. Nat. t. 29. f. 2. - Reich., Syst. Av. t. 232. f. 1294. - Mus. Paris. ab Exped. Astrolab. 1829. ex Nova Guinea, Ins. Rawack. Maxima, nigro-ardesiaca; alis caudaque obscurioribus; subtus fusco-castanea: pileo cervicique griseis; fasciola ad rostri basin alba; genis, collo undique, pectore et interscapilio cinereo-vinaceis; macula magna hinc inde dorsali nigerrima: reatricibus fascia ultramediana alba: rostro robusto, depresso, nigro, apice flavido; pedibus rubris.*

3. **COLUMBA radiata**, Quoy et Gaim. (Carpophaga radiata, Gr. - Zonaenas radiata, Bp.) Voy. Astrolab. t. 26. - Knip, Fig. II. t. 29. - Reich., Syst. Av. t. 250. f. 1287. ex Ins. Celebes. Minor; cupreo-viridis; subtus cum capite et colli lateribus griseis; gula alba: crisso, femoribusque rufis; cervice late nigra; interscapilio aureo-violaceo: alis subtus fuscis: rectrice extima fusca, omnibus fascia mediana cinerea: rostro nigro, deminuto!
4. **COLUMBA zoea**, Less. (Carpophaga zoeae, Gr. - Zonaenas zoea, Reich.) Voy. Coquille, t. 39. - Knip, Fig. II. t. 5. - Reich., Syst. Av. t. 252. f. 1295. ex Nova Guinea. Rubro-castanea; subtus cinerea: capite griseo, in gula valde dilutiore; cervice, collo undique, pectoreque latissime, vinaceo-cinnamomeis: annulo fasciali mediano nigro corpus cingente; crisso, tibiisque vinaceis, plumarum apice albo-roseo; tectricibus caudae inferioribus rufescentibus nigro-centratis et albido marginatis; remigibus, reatricibusque aureo-viridibus, subtus apice rufescentibus.
5. **COLUMBA rufigaster**, Quoy et Gaim. (Carpophaga rufigaster, Gr. - Zonaenas rufigaster, Reich.) Astrolab. t. 27. - Knip, Fig. II. t. 9. - Reich., Syst. Av. t. 252. f. 1296. ex Nova Guinea. Viridi-aenea; subtus fulvo-rufa, in pectore tectricibusque alarum inferioribus saturate, in crisso femoribusque albicans: capite vinaceo, in gula dilutiore: nucha cerviceque latissime griseis; uropygio, tectricibusque caudae superioribus ex aureo-castaneo violaceis: reatricibus cupreo-fuscis apice cinereis.
34. **Hemiphaga**, Bp. (Carpophaga, part. Gr.) Cauda emarginata. Colores viridi aenei; subtus dimidiato albi. As. m. Oc. 4.
1. **COLUMBA novae-zealandiae**, Gm. (argetraea, Forst. - zelandica, Lath. - spadicea, Less. - spadicea leucophaea, Hombr. et Jacq. var. alb. - Carpophaga novae-zealandiae, Gr. - Hemiphaga novae-zealandiae, Bp.) Forst., Icon. inedit. t. 137. - Id. Descr. Anim. p. 80. - Less., Zool. Coq. I. p. 710. - Ann. Sc. Nat. 1841. p. 319. - Reich., Syst. Av. t. 227. f. 2480. ex Ins. Australe Nov. Zeland. Aeneo-purpurea; capite, jugulo, pectore, alis externe, remigibus secundariis, et tergo aureo-viridibus; abdomine, crisso, tectricibusque alarum inferioribus albis: remigibus cyaneo-viridibus, maculis griseis elongatis pogo-

nio externo ad basin, tertiariis apice nigris: cauda nigro-coracina, apice griseo-brunnea: rostro robusto, pedibusque rubris. Longitud. sesquipedalis.

Juv. dorso alisque rufo-undulatis; capite cerviceque cinereis albido-variis; gula, pectoreque fusco-cinereis griseo-lineatis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus albis: remigibus, reatricibusque apice albidis, griseo-fuliginosis.

2. COLUMBA **spadicea**, Lath. (leucogaster, Wagl. - princeps, Vigors. - gigas, Ranzani. - Carpophaga spadicea, Gr. - Hemiphaga spadicea, Bp.) Knip, Fig. I. t. 1. - Jard. et Selby, Ill. Orn. t. 5? - Gould, Austr. v. t. 10. - Reich., Av. t. 250. f. 1286. ex Australia. Simillima praecedenti; sed valde minus refulgens, tergo alisque cinereo-argenteis viride tantum velatis: nucha cerviceque nigricantibus; dorso tectricibusque alarum corpore proximioribus atro-castaneis; subtus et in tectricibus alarum inferioribus alba: remigibus, reatricibusque fusco-aeneis: rostro tenuiore flavo; pedibus rubris.

Juv. minime aut vix purpurascens-ferruginea.

3. CARPOPHAGA **poliocephala**, Gr. (Zonaenas poliocephala, Reich. - Hemiphaga poliocephala, Bp.) Mitch. Gen. B. t. 119. - Reich., Syst. Av. t. 255. f. 1298. t. 227. f. 2480. - Mus. Brit. ex Ins. Philippinis. Major: dilute viridis; facie et fascia caudati subterminali lacteis: nucha late vinacea, mento crissoque latissime rufo-ferrugineis.

4. COLUMBA **forsteni**, Temm. (errore forsteri. - Carpophaga albogularis! Gr. nec Mus. Lugdun. quae Janthaenas. - Hemiphaga forsteni, Bp.) Knip, Fig. II. t. 47. ex Ins. Celebens. Aureo-viridis, gula abdomineque latissime et abrupte albis; pileo genisque griseis; cervice et interscapilio purpureo-nitentibus; crisso tectricibusque cauda inferioribus castaneis: reatricibus subtus nigricantibus, fascia mediana supra cinerea, subtus albida.

55. **Megaloprepia**, Reich. (Carpophaga, part. Gr.) Alae elongatae, acutae; remigum prima elongata, acuta vix brevior 2^a; 3^a et 4^a omnium longissimis: cauda elongata!

As. mer. 2.

1. COLUMBA **magnifica**, Temm. (Carpophaga magnifica, Gould. - Ptilinopus magnificus, Sw. - Megaloprepia magnifica, Reich.) Pl. col. 163. mas. - Knip, Fig. II. t. 25. - Gould, Austral. v. t. 58. -

Reich., Syst. Av. t. 253. f. 1299. 1300. ex Austral. m. or. Maxima, aureo-viridis, dorso humerisque flavicantibus; capite cinereo vix virescente: tectricibus alarum majoribus apice flavis; remigibus primariis interne fusco-aeneis; tertiariis macula magna, albo-flava: subtus a gula usque ad crissum purpureo-violacea; ventre, tectricibus alarum et caudae inferioribus, cum pennis axillaribus, flavissimis.

2. COLUMBA **puella**, Less. nec Schlegel. (amarantha, Selby. - Carphophaga puella, Gr. - Megaloprepia puella, Bp.) Knip, Fig. II. t. 1. ex Nova Guinea et Nova Hibernia. Similima magnificae sed valde minor: laete viridis; capite, cerviceque coeruleo-albidis, lateribus colli pectorisque virescentibus; tectricibus alarum superioribus maculis parvis rotundatis, remigibus tertiariis macula magna, flavis: subtus purpureo-violacea; crisso, tibiis, et tectricibus alarum inferioribus flavissimis; tectricibus caudae inferioribus virescentibus.

Quid Carphophaga assimilis, Gould, in Jardine's Centr. Orn. fig. nulla. ex Nova Hollandia septentrionali. Simillima praecedentibus at statura inter eas media?

- * 56. **Sylphitron**, Verr. (Ptilinopus, part. Gr. - Carphophaga, part. Auct. - Megaloprepia, part. Gr.)
Cauda brevissima!

Ocean. 1.

- COLUMBA **perlata**, Temm. (Carphophaga perlata, Bp. in litt. - Ptilinopus! perlatus, Gr. - Megaloprepia perlata, Bp. Coup d'oeil.) Pl. col. 559. mas ad. - Knip, Fig. II. t. 21. - Reich., Syst. Av. t. 256. f. 1312. 1313. ex Nova Guinea. Viridis; subtus dilute flavo-olivacea; tectricibus alarum maculis rotundis, roseis, perlatis; pileo flavo-virescente; cervice grisea, in gula albida confluyente; jugulo, pectoreque viridi-aurantiis; tectricibus caudae inferioribus luteis viridi-centratis: tectricibus subtus cinereo-argenteis, apice pallidioribus: rostro nigro, apice, pedibusque flavis.

FAMILIA 79. COLUMBIDAE.

Rostrum apice tantum corneum: caudae rectricibus 12.
Granivorae et germinivorae. Cosmopolitae.

SUBFAMILIA 193. LOPHOLAEMINAE.

Arboreae. Majores. Cristatae. Mediae quasi inter CARPOPHAGINAS
 et COLUMBINAS, sed rectricibus 12.

57. **Lopholaemus**, Gr. 1844. (Lophorhynchus, Sw. 1837.
 nec Erpetolog.) Austr. 4.

COLUMBA *antarctica*, Shaw. (dilopha, Temm. - Lophorhynchus dilophus, Sw. - Lopholaemus antarcticus, Gr.) Zool. N. Holl. t. 5. - Pl. col. 162. mas. - Knip, Pig. II. t. 19. - Gould, Austr. v. t. 61. - Reich., Syst. Av. t. 254. f. 1304. 1305. ex Austr. m. or. *Maximus*; cinereo-ardesiacus; *subtus et in fronte valde dilutior*; plumis frontilibus elongatis setaceis incurvis; occipitalibus castaneis longissimis setaceis cristam constituentibus; *cervice griseo ardesiaco cinereoque varia*; remigibus nigricantibus: cauda nigra, basi et fascia ultra mediana griseis: rostro flavo; pedibus rubris.

SUBFAMILIA 194. COLUMBINAE.

A. PALUMBEAE.

Pedes insidentes; tarso brevior magis plumoso, cauda longula, subrotundata. *Sylvaticae; in arboribus vitam degentes et nidificantes.* Orbis antiqui incolae.

58. **Palumbus**, Kaup. ex Moehr. 1752. (Columba, part. Gr.) Eur. As. Afr. 5.

1. COLUMBA PALUMBUS, L. (torquata, Penn. - Palumbus *torquatus*, Leach et Kaup. ex Aldrovand. - P. torquatus antiquorum, Will.). Aldrov. Orn. II. p. 484. t. 481. - Albin. II. t. 46. *juv. hujus sp. nec Col. aenas.* - Pl. enl. 316. - Storia degl. Uccelli. t. 272. - Frisch, t. 158. - Buff., Ois. II. p. 531 t. 24. -

Brisson, Orn. t. 89. f. 1. - Meyer and Wolf, Deutschl. Vögel. v. t. 6. - Meyer, Deutschl. Orn. p. 488. - Penn. Br. Zool. p. 89. t. 0. - Gould, Eur. t. 245. - Knip, Fig. I. t. 2. albin. - Selby, Nat. Libr. t. 56. f. 1. - Roux, Orn. Prov. t. 248. - Bouteill. Orn. Dauphin. t. 40. f. 1. - Reich., Syst. Av. t. 220. f. 1241, 1242. ex Eur. As. Afr. Cinereo-murinus; cervice viridi nitente, utrinque albo-notata; subtus cinereo-vinacea in pectore vividiore, in crisso valde dilutiore: alis immaculatis, spatio humerali externo late albo; remigibus nigricantibus externe albo-limbatis: rectricibus cinereis, tertio apicali nigro: rostro basi rubro tamquam pulverulento, apice flavido; pedibus rubris.

Faemina dilutior, colli macula remigumque margine angustioribus.

Juvenis sordide cinereo-brunneus, cervice opaca, lateribus macula destitutus.

- * 2. ***P. casiotis***, Bp. (*Palumbus torquatus* var. ex Himal. Blyth.) *Cat. Calc. Mus. p. 233. ex Himal. s. occ. Tataria chinensi. Simillimus* praecedenti; *sed macula auriculari angusta, saepe obsoleta, griseo-cinnamomea nec alba.*
3. **COLUMBA *pulchricollis***, Hodgs. (*Palumbus pulchricollis*, Blyth.) *Journ. As. Soc. xiv. p. 866. - Gould. B. of Asia vi. t. 14. ex Himal. or. Darjiling, Nepal et Sikkim. Major et dilutior P. elphinstoni, cui similis. Fusco-ardesiacus; subtus fuliginoso-cinnamomeus; lateribus griseis; pileo genisque coeruleo-cinereis; gula albida; jugulo et colli lateribus aeneo-viridibus; cervice nigra, plumis apice late cinnamomeo-micantibus: rostro, apice flavido, pedibusque rubellis.*
4. **PTILINOPUS! *elphinstoni***, Sykes, 1832. (*Carpophaga elphinstoni*, Gr. - *Columba elphinstoni*, Fraser. - *Palumbus elphinstoni*, Blyth.) *Proc. Zool. Soc. 1832. p. 149. - Zool. Typ. Aves, t. 59. - Jerd. Ill. Ind. Orn. t. 48. - Gould, B. of Asia vi. t. 13. - Reich., Syst. Av. t. 222. f. 2580. ex India, Dukun. Mont. Nilgherr. Plumbeo-griseus, collo pectoreque smaragdino-micantibus, interscapilio rufo-amethystino, uropygio albicante; nucha nigra, plumis apice albo: rostro, apice flavo, pedibusque rubris.*
5. **CARPOPHAGA! *torringtoni***, Layard. (*Columba elphinstoni* ex Ceylan, Auct. - *Palumbus torringtoni*, Bp.) *Ann. and. Mag. Nat. Hist. 1853. ex Ceylan. Simillimus* praecedenti, *sed plumis dorsalibus margine concolore.*

59. **Dendrotreron**, Hodg s. (Alsocomus, part. Blyth. -
Columba, part. Gr.) As. m. 1.

COLUMBA **hodgsoni**, Vig (nepalensis, Hodg s. nec Jerd. -
Alsocomus hodgsoni, Blyth.) Proc. Zool. Soc. 1832.
p. 16. - Journ. As. Soc. Bengal. 1836. p. 122. -
Reich., Syst. Av. t. 222. f. 2578, 2579. ex Himal.
Darjiling. Fusco-vinacea, capite juguloque dilute
cinereis; uropygio et tectricibus caudalibus infra su-
praque ardesiacis; subtus cum cervice et colli lateribus
rufo-vinacea plumis omnibus, in pectore latissime, ci-
nereo-marginatis, abdomine lateribusque cinereo tantum
maculatis: remigibus fuscis, tribus primis albedo-lim-
batis; tectricibus alarum mediis maculis albis distinc-
tis; majoribus pure fuscis; externis cinerascensibus:
rectricibus nigro-cinereis: rostro nigricante: orbitis nu-
dis ex fusco-cinereo virescentibus: pedibus flavicanti-
bus, antice nigro-virentibus; unguibus dilute flavis.

Faem. minor; capite plumbeo, dorso abdomineque minime
vinaceis.

40. **Alsocomus**, Tickell. (Dendrotreron, part. Blyth. -
Carpophaga, part. Gr.) Rostrum parvum, com-
pressum, torulosum: pedes digito medio longis-
simo, lateralibus subaequalibus: alae elongatae,
amplae; remigum prima longior quam quinta,
secunda quartam aequans; tertia omnium lon-
gissima, externe ultra medium sinuata: cauda
aequalis, rectricibus laticulis. As. m. 1.

A. puniceus, Tickell. (Columba punicea, Blyth. -
Carpophaga punicea, Gr.) Journ. Asiat. Soc. Bengal.
XI. p. 462. et XII. p. 867. 878. - Mus. Gesoriacens.
et Mus. Paris. a Leschenault de la Tour 1823. ex
India, Assam, Arracan, Tenasserim, Ceylan.
Purpureo-castaneus, plumis dorsi et tectricibus alarum
margine amethystino; cervice aeneo-viridi micante; pileo
dilute plumbeo; orbitis rubris; subtus, cum genis et
colli lateribus, cinnamomeo-ciocolatinus, gula, jugulo,
cerviceque plumis apice roseis; pectore et interscapilio
ex virescente purpureo-ueneis: tergo uropygioque obscure
ardesiaceis, plumarum marginibus splendidibus; remi-
gibus, tectricibus caudalibus, rectricibusque nigro-ar-
desiacis unicoloribus: rostro pedibusque flavis.

Statura Columbae aenadis.

- * 41. **Leucomelaena**, Bp. (Columba part. *Temm.* - Carphaga part. *Gr.*) Ocean. 1.
COLUMBA norfolciensis, *Lath.* (leucomela, *Temm.* - leucomelana, *Wagl.* - Carphaga leucomela, *Gould.* - Carp. norfolciensis, *Gr.* - Alsocomus leucomela, *Blyth.* - Myristicivora norfolciensis, *Reich.* - Leucomelaena norfolciensis, *Bp.*) *Pl. col.* 186. - *Knip, Fig. II. t.* 28. - *Gould, Austr. v. t.* 59. - *Reich., Syst. Av. t.* 229. *f.* 1280-1282. *ex Austr. or. mer. Alba; lateribus, tibiis, crissoque fuliginosis; dorso, uropygio, tectricibus caudalibus, alis caudaque nigricantibus, plumis interscapilii uropygiique margine aureo-purpurascensibus; tectricibus alarum margine viridichalybeo, caeteris opacis; rostro pedibusque flavis.*
42. **Janthaenas**, *Reich.* (Carpophaga et Columba, part. *Gr.*) As. or. Oc. 5.
1. **COLUMBA janthina**, *Temm.* (Carpophaga janthina, *Gr.* - Janthaenas janthina, *Reich.*) *Pl. col.* 503. - *Knip, Fig. II. t.* 16. - *Faun. Jap. Av. t.* 60. c. adult. - *Kittl. Kupf. Vög. t.* 5. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 251. *f.* 1289. *ex Japan. Nigro-ardesiaca, in dorso uropygio, sed praecipue pileo cerviceque aureo-violaceo micans; interscapilio viridi-aeneo: cauda rotundata: rostro fusco, apice flavido; pedibus aurantiis.*
 2. **COLUMBA metallica**, *Temm. nec Fig.* (Carpophaga metallica, *Gr.* - Janthaenas metallica, *Reich.*) *Pl. col.* 565. - *Reich., Syst. Av. t.* 251. *f.* 1290. *ex Timor. Nigro-ardesiaca; subtus aeneo-ardesiaca; orbitis lorisque nudis rubellis; fronte, genis, gulaque cinereis; occipite et interscapilio saphirinis; collo undique dorsoque violaceo-purpurascensibus: rostro, apice flavo, pedibusque rubris.*
 3. **COLUMBA vitiensis**, *Quoy et Gaim.* (Carpophaga vitiensis, *Gr.* - Janthaenas vitiensis, *Reich.*) *Voy. Astrolab. t.* 28. mas. - *Reich., Syst. Av. t.* 251. *f.* 1288. *ex Ins. Viti. Nigro-ardesiaca, plumis dorsi margine purpureo-aeneo: capite haud striato, collo, pectore, abdomine, crisso, minime tectricibus, nec lateribus, purpureo-castaneis; cervice cupreo-violacea; gula alba: rostro flavo; pedibus rubris.*
 - * 4. **CARPOPHAGA ALBIGULARIS**, *Temm. nec Gr.* (***Janthaenas halmakeira***, *Bp.*) *Mus. Lugdun.* 1849. *ex Ins. Gilolo, Ceram. Aeneo-viridis; subtus violacea: capite striato; gula alba; dorso, abdomineque atro-purpureis, plumarum marginibus virescentibus: alis caudaque nigricantibus.*

5. COLUMBA **castaneiceps**, Peale, *Unit. Stat. Expl.*

Exped. VIII. p. 187. t. 50. ex *Upolu. Ins. Samoens.*
Cyaneo-grisea; subtus griseo-alba; pileo castaneo; gula
genisque latissime albis; colli dorsique plumis aureo-
viridibus purpureo-micantibus; pectore subpurpurascente:
alis caudaque nigricantibus; remigum tertia omnium
longissima: reatricibus subaequalibus apice rotundatis:
rostro, palpebris, pedibusque sanguineis.

6. COLUMBA **Kittlitzii**, Temm. (metallica, *Vig. nec*
Temm. - versicolor, Kittlitz, nec Lafresn.) *Pl. col. in*
textu. t. 578. - Beechey, Voy. Zool. p. 15. - Kittlitz,
Voy. t. 5. f. 2. - Mus. Petropolit. et Francofur-
tens. a Kittlitzo. ex Ins. Bonin. Major (Long. 16
poll.); aeneo-purpurea, plumarum marginibus aureo-viri-
dibus; capite, collo, pectoreque pallidioribus cyaneo-vi-
naceis, nitore purpureo; nucha aureo-grisea; abdomine
ardesiaco: alis caudaque fusco-plumbeis, tectricibus
alarum minoribus, scapularibusque ex virescente aureo-
violaceo marginatis: rostro corneo, apice, pedibusque
rubris.

- * 43. **Trocaza**, Bp. (Columba et Carpophaga! *Gr.*) *Remex*
prima brevior quam quinta; tertia omnium lon-
gissima; rectrices acuminatae. Magnitudo PALUM-
BORUM.

Africa.

2.

1. COLUMBA TROCAZ, **Heineken**. (laurivora, *Webb et*
Berth. - Palumbus trocaza, Bp. in litteris. - Trocaza
laurivora, Bp.) Brewster, Journ. of Scienc. - Ois. de
Madere, Voy. Canar. t. 5, mas. et faem. - Knip. Pig.
II. t. 45. - Jard. et Selby, Illustr. Orn. t. 98. -
Reich., Syst. Av. t. 225. f. 1263, 1264. ex Ins.
Madeira. Fusco-plumbea subrufescens; subtus cupreo-
vinacea: cervice et colli lateribus aeneo-viridibus pur-
pureo-micantibus; crisso plumbeo: cauda fuliginosa,
fascia latissima terminali albida, subtus magis conspicua.

2. COLUMBA **meyeri**, *Marchal*. (Carpophaga hinc Co-
lumba meyeri, Gr. - Trocaza meyeri, Bp.) Knip,
Pig. II. t. 60. - Mus. Paris. ex Ins. Mauritia,
Madagascar? Dilute cinnamomeo-isabellina, subtus
et in cervice rufescens, in tergo cinerascens; alis et
interscapilio ciocolatinis: cauda cinnamomeo-rufescente:
rostro pedibusque rubris.

- * 45. **Turturaena**, Bp. (Turtur, *part. Gr.*) *Remiges 1^a*
et 2^a omnium longissimae: rectrices latissimae, ro-
tundatae. Magnitudo TURTURINARUM.

Afr.

2.

1. COLUMBA **delegorguii**, *Delegorgue*. (johannae,

Verr. Mus. Philad. 1851. - *Turtur delegorguii*, Gr. ex Auct. - *Columba lunigera*, Gr. 1854. Mus. Brit. mas ex specimine. - *Turturaena delegorguii*, Bp.) Orn. Append. Voy. Afr. Austr. 1847. ex Afr. m. *Statura Turturis auritae: fusco-ardesiaca; subtus fuliginoso-grisea, plumis pectoris abdominisque subvermiculatis* (ob aetatem?); *pileo cupreo-castaneo; cervice aureo-amethystina; tectricibus caudae inferioribus ardesiacis; reatricibus apice, subtus praecipue, dilutiore: rostro exili, nigro, apice pallido; pedibus rubentibus. Long. sub pedalis. Alarum vix 7-poll.*

Mas adult. *Capite et cervice purpurascens-plumbeis; subtus vinacea, in pectore plumbeo-vermiculata; collare interscapulare ad humeros protracto albo: alis castaneo brunneis; remigibus nigricantibus; tergo plumis purpureo-marginatis; tectricibus caudae superioribus et inferioribus, reatricibusque nigro-coracinis.*

2. **COLUMBA *malherbii***, Verr. (*Turturaena malherbii*, Bp.) Rev. et Mag. Zool. 1851. p. 514. Fig. nulla. - Mus. Philad. 1851. juv. et Mus. Paris. Octob. 1854. adult. ex Afr. occ. Gaboon. *Simillima praecedenti sed minor, crisso, tectricibus caudae inferioribus, reatricibusque infra supraque rufis.*

Fusco-plumbea, subtus dilutior obsolete vermiculata: pileo cupreo-castaneo; cervice aureo-amethystina: cauda rotundata, reatricibus interne rufis, subtus nigricante vermiculatis, fascia apiculi infra supraque albicante: rostro gracili nigro, apice flavo; pedibus rubris.

Juv. *Grisea, cervice et interscapilio purpureo-violaceis viridi-micantibus: rostro plumbeo, basi, pedibusque flavis.*

B. COLUMBAEAE.

Pedes incedentes, tarso longiore, minus vestito: cauda modica truncata. *Super terram vitam degentes.*

* ORBIS ANTIQUI.

44. **Columba**, L. 1735. (Verrulia! Flem. 1822. ex Levaill. fictitia. - Craspedaenas! Reich. fictitia). Eur. Afr. As. 8.
 a. **Columba**, Bp. nec Reich. (Lithoenas, Reich.)
 In caveis, saxosis, ruderibus, nidificantes. Cicuraturac.
 1. **C. leuconota**, Vig. (leucomaena! err. Reich.)
 Proc. Zool. Soc. 1831. p. 22. - Gould, Cent. Himal. B. t. 59. - Knip, Pig. II. t. 50. - Reich., Syst. Av. t. 225. f. 1266. ex Himalajarum verticibus

altissimis. Nivicola. Cinerea; subtus, cum cervice spurce, et tergo nitidissimo, alba: capite, uropygio, tectricibusque caudae superioribus nigricantibus; inferioribus griseis: alis breviculis, fasciis binis, remigibusque fuscis: reetricibus nigris, fascia lata albida ultra mediana.

Senescens cervice et interscapilio candidis.

2. **C. livia**, Br. (oenas! L. Syst. Nat. errore nec Faun.

Suec. - hispanica, dasypus, gutturosa, cucullata hispida, turbita, laticauda, gyratrix, galeata, turcica et tabellaria, L. var. domesticae. - fusca? Pall. affinis, Blyth. - ameliae, Brehm. - domestica var. γ , Gm.) Pl. enl. 510. 466 et 110. var. dom. - Descr. Egypt. t. 13. f. 1. - Gould, Europ. t. 245. - Knip, Pig. I. t. 12. - Reich., Syst. Av. t. 220. f. 1246. 1245. var. domestica melanocephala, 1244 domestica var. γ saxatilis, Gmelin.? Frontespit., f. 1-55. t. 265. f. 1480-1487. var. domesticae. ex Eur. univ. As. occ. Afr. sept. et occ. in terris urbanis et ruralibus. Romae incola, quandoque semidomestica: varietates innumerae ex hac undique in columbariis hospitantur, quarum alba vulgatissima. Cinereo-coerulescens, cervice viridi-nitente; tergo albo: alis margine externo cinereo, fascia remigum secundariarum, tectricibus primi et secundi ordinis in pogonio externe, medio singulis macula, apiceque caudae, nigricante: rectrice utrinque extrema maxima ex parte pogonii externi alba: rostro fusco; pedibus rubris.

Faemina, vix distincta.

Juvenis collo opaco, fasciis alaribus destituta.

Col. affinis, Blyth, ex Anglia mer. alis nigro-maculatis.

Columba carunculata, Temm. (Verrulia carunculata, Flemm.)

Le Vaill. I. t. 278. - Knip, Pig. I. t. 11. - Reich., Syst. Av. t. 263. f. 1471, 1472. Fictitia ex Columba domestica-

Col. auricularis, Temm. (temmincki, Wagl. nec O. des Murs. - Carpophaga! auricularis, Gr.! - Geophilus carunculatus, Jard. - Craspedoenas auricularis!! Reich.) Knip, Pig. II. t. 21. - Reich., Syst. Av. t. 230. b. f. 3363. minime ex Ins. Amicorum!! Fictitia ex Col. livia.

3. COLUMBA LIVIA, Savi. Orn. Tosc. II. nec III. (aenadi

affinis ex Persia, Pall. **C. turricola**, Bp.) Orn.

Tosc. II. fig. in p. 160. - Zoogr. Rosso-As. p. 563. -

Mus. Pisan. etc. ex Italia in turribus solitariis dirutis, Mus. Petropol. a Gmelino jun. e Persia. Obscure plumbea, tergo et uropygio pallidioribus, sed non albis; tectricibus caudae superioribus coeruleo-plumbeis:

colli lateribus aureo-viridibus; interscapilio et pectore purpurascens: remigibus fuscis, secundariis apice nigris: reatricibus apice nigricantibus, extima pogonio externo ad basin late albo: rostro rubello; pedibus rubris.

4. **C. rupestris**, Bp. (C. aenas var. rupestris, Pallas nec C. rupicola, Pall. quae Turtur.) Zoogr. Rosso-As. 1. p. 560. t. 35. ex Dauriae et Songariae locis montosis et rupestribus. Media inter C. liviam et oenadem, cujus corpore castigato gaudet, tergo albo C. liviae: sed fascia lata caudae alba: iridibus rubris.
- * 5. **C. schimperi**, Bp. livia ex Abyssinia, Auct. - livia ex Aegypto? Ruppell. - rupestris, de Muller, nec Pall.) Naumannia 1851-54. - Mus. Argentoratens. a Schimpero. - Mus. Francof. ab Erkelo. ex Abyssinia, in caestribus turbis numerosissimis. Major Columbae ex Algeria; dorso albidiore, uropygio magis cinereo, abdomine alisque infra supraque magis albescentibus. Caeruleo-cana; capite obscure plumbeo; collo undique infra supraque, pectore et interscapilio ex violascente purpureo-aeneis; uropygio, crisso, tectricibusque caudae superioribus et inferioribus plumbeo-canis (paullo obscurioribus corpore): remigibus primariis apice et pogonio externo fusciscentibus; fasciis binis nigris latissimis, corpus versus dilatatis; tectricibus alarum inferioribus candidis: cauda plumbea, fascia apicali lata nigra; reatricibus lateralibus dilutioribus; pogonio externo basi late candido: rostro nigro; pedibus rubris.
6. **C. intermedia**, Strickl. (C. aenas ex India, Auct. - C. oenas var. tatarica, Wagl. - livia c. d. Blyth. Cat. 1417.) Ann. et Mag. Nat. Hist. 1844. p. 39. - Reich., Syst. Av. t. 221. f. 1249. sub nomine C. aenadis. ex Asia contin. m. Ceylan, Afghanist. Similima C. liviae; sed nitore columbino colli pectorisque pulchriore, et uropygio fusco-cinereo.
- Cinereo-ardesiaca, in capite, pectore caudaque, et ejus tectricibus obscurior; uropygio concolore, minime albicante; plumis nuchalibus apice divergentibus aureo-viridi purpureoque splendide micantibus: alis late bifasciatis; remigibus fusco-brunneis: reatricibus fascia apicali interrupta nigricante; extima utrinque pogonio externo basin versus magis magisque albicante.
- Varietates innumerae Columbarum domesticarum Indicarum ab hac specie ortae; vulgatissima alis nigro-striatis vel maculatis.

B. *Palumbaena*, Bp. (*Columba*, *Reichenb. nec Bp.*
Palumbus, part. *O. des Murs.*)

Media quasi inter *Palumbas* et *Columbas*.

In arboribus vitam degentes: haud cicuraturae.

7. **C. oenas**, L. *Faun. Suec. nec Syst. Nat. sed Omnium Auct. veterum et recentiorum.* (*oenas sive Vinago*, Br. - *Palumbus aenas*, *O. des Murs.* - *Pl. ent.* 466. - *Aldrov. Orn.* II. p. 497. - *Storia Uccelli.* t. 271. - *Knip, Pig.* I. t. 11. - *Naum. Vög. Deutschl.* VI. p. 215. t. 151. - *Penn. Brit. Zool.* I. p. 390. t. - *Roux Orn. Prov.* t. 244. - *Bouteille, Orn. Dauph.* t. 40. f. 1. - *Selby, Brit. Orn.* I. p. 291. t. 56*. 1. - *Yarr. Brit. B.* II. f. in p. 283. - *Gould, Eur. B.* t. 244. - *Reich., Syst. Av.* t. 221. f. 1247. *Quid f. 1248? ex Europ. Univ. Fusco-cinerea, cervice viridinitente; uropygio cinereo: alis macula duplici margineque externo nigris: tetricibus caudae superioribus et inferioribus dilute cinereis; pectore rufo-vinaceo: tetricibus alarum majoribus et mediis singulis maculis tribus nigris; remigibus nigricantibus margine externo basilari albo speculum simulante: cauda fusco-cinerea tertio apicali nigra; rectrice extrema utrinque ad basin externe alba: rostro, iridibus, pedibusque rubris; unguibus nigris.*

Faemina vix distincta.

Juvenis cervice opaca; maculis alaribus nullis.

C. *Taeniaenas*, Reich. Rostrum brevissimum.

8. **C. albitorques**, Rupp. (*Taeniaenas albitorques*, Reich.) *Faun. Abyss.* t. 22. f. 1. - *Reich., Syst. Av.* t. 220. f. 1243. - *Mus. Argentorat. et Paris. ex Abyssinia.* Vinaceo-fuliginosa, in dorso, alis, caudaque obscuriore, subvinacea; capite nigricante, fasciola nuchali candida: plumis cervicis et gutturis squamiformibus, acuminatis, lineola apicali albida: alarum tetricibus singulis macula externa nigra, majoribus apice late albis: rectricibus lateralibus fascia subterminali cinerea; extrema quoque pogonio externo cinereo ad basin: rostro nigro; pedibus rubris.

Juvenis: torqueolo albo nuchali angustissimo, plus minus obsoleto.

46. **Stictoenas**, Reich. 1851. (*Columba*, part. Gr.) Or-
bitae valde denudatae.

Afr.

4.

1. **COLUMBA arquatrix**, Temm. (*Alsocomus arquatrix*,

Blyth. - *Stictoenas arquatrix*, Reich.) *Knip*, *Pig.* 1. t. 5. - *Levaill. Afr.* vi. t. 264. - *Reich., Syst. Av.* t. 221. f. 1251, 1252. *ex Afr. m. Prov. Antiniquoi.* *Violaceo-ciocolatina, plumis interscapitii, abdominis, tectricibusque alarum superioribus maculis apicalibus albis trigono-rotundis; pileo genisque coeruleo-griseis: fronte, gula, juguloque cinereo-vinaceis; cervicis plumis lanceolatis, nigris, roseo-vinaceo marginatis; juguli pectorisque latis rotundatis nigro-centratis: alis fusco-ardesiatis; remigibus tectricibusque externe albo-limbatis: tergo, uropygio, reatricibusque unicoloribus nigro-ardesiatis: rostro, pedibusque flavis.*

Juv. *Obscurior; interscapilio immaculato; tectricibus alarum plumisque abdominalibus punctis tantum albis ornatis.*

2. COLUMBA *arquatrix*, Bp. (*Stictoenas arquatrix*, Bp.) *Mus. Lugdun.* 1850. - *Mus. Paris.* 1854. *ex Abyssinia. Ex cyaneo fusco-purpurascens; subtus cum dorso uropygioque obscura; capite coeruleo-griseo, in fronte fuscescente; plumis cervicis jugulique latis, rotundatis, fuscis; plumis pectoralibus maculis apicalibus albis: tectricibus alarum superioribus lunula apicali alba; remigibus, reatricibusque omnibus unicoloribus.*

3. COLUMBA *guinea*, L. (*guineensis*, *Briss.* - *trigonigera*, *Sw.* *ex Wagl. part.* - *Stictoenas guinea*, Bp.) *Edw. Birds* t. 75. - *Sw. B. West. Afr.* ii. p. 212. *ex Afr. occ. Gambia, Guinea, Angola, et or. Abyssin. Sennaar, Kordofan.* (*St. dilloni?* Bp.) *Mus. Paris.* a *Quartin Dillon* 1840. *ex Afr. or. Nilo albo. Rubro-ciocolatina; subtus, cum capite, dorso, uropygioque albicante, coeruleo-grisea; plumis cervicis jugulique elongatis, angustis, acutissimis, rubro-lateritiis, deauratis, apice cinereo: tectricibus alarum macula alba apicali triquetra; remigibus fuscis: reatricibus cinereis, apice late nigris; extima utrinque pogonio externo busi albo: rostro nigricante; orbitis nudis, rubris.*

7. COLUMBA **montana**, L. (martinica, Temm. nec L. - C. rufa cayanensis? Briss. - Geotrygon montana, Gosse. - Peristera! montana, Gr. - Perdix montana, Brown.) Sloan, Jamaica II. p. 304. t. 261. f. 1. - Edw. Av. II. t. 119. - Pl. enl. 162. - Knip, Fig. I. Columbigall. t. 5. - Briss. Orn. I. t. 17. f. 1. - Levaill. Afr. v. t. 282. - Audub. Amer. B. t. 167. - Id. 8^o. edit. v. p. 14. t. 282. f. 12. - Reich., Syst. Av. t. 266. f. 2882, 2883. ex Brasil, Parag. Purpureo-castanea, capite dorsoque violaceo-micantibus: subtus luride cinnamomea, gula et colli lateribus albicantibus: macula utrinque sub-auriculari violaceo-castanea; pectore sordide vinaceo-purpurascente; uropygio cinereo: tectricibus alarum remigibusque fusco-castaneis: cauda brevi; reatricibus rufo-castaneis unicoloribus; subtus cinnamomeis: rostro fusco; pedibus rubris.
- Juvenis: fusco-olivacea splendens, plumis apice subcastaneis: cauda nigricante, rectrice extima macula interne castanea, apice alba.
8. COLUMBA **violacea**, Temm. (Peristera violacea, Gr. - Leptoptila violacea, Reich. - Geotrygon violacea, Bp.) Knip, Fig. I. t. 29. - Reich., Syst. Av. t. 267. b. f. 3386. fig. pessima. Mus. Paris. a Beaupertuy 1840 ex Am. m. Brasil. Brunneo-castanea; subtus albida: fronte gulaque albidis, genis inferne helvolis; vertice coerulesco-griseo; nuca, cervice, colli lateribus et interscapilio cupreo-amethystinis; pectore latissime vinaceo: remigibus intus, cum tectricibus alarum inferioribus, cinnamomeo-castaneis: cauda elongata; reatricibus omnibus rubro-castaneis, unicoloribus.
- Juv. fusco-olivacea sine nitore: reatricibus lateralibus ultra medium nigricantibus, apice albo.
9. COLUMBA **martinica**, L. (martinica, Gm. excl. var. β. quae Zenaida martinicana, Bp. - Columbigallina montana, Temm. an Wagler? nec Auct. - Columba violacea martinicana, Briss. - cuprea? Wagl. ex Auct. nec Jerd. quae Ducula insignis. - mystacea? Lambeje, nec Temm. - Geotrygon chrysia, Bp. in litt.) Briss. Orn. I. p. 29. t. 12. f. 1. - Knip, Fig. I. Columbigall. t. 4. - Reich., Syst. Av. t. 257. f. 1432. errore 1431. ex Martinica, Bermudis, Florida merid. Similis G. violaceae; sed major; supra ex toto aureo-purpurascens aut potius splendide amethystina; genis

albidis tamquam bifrenatis; occipite viridi-aeneo, sicut in Chloraenade rufina; vitta suboculari alba; gutture pectoreque carneo-vinaceis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus griseo-cinnamomeis.

63. **Osculatia**, Bp. Rostrum parvum: pedes elongati, robustissimi: alae breves; remigum prima a basi angusta, falciformi: cauda brevis, aequalis: statura parva.

Am. m. 4.

GEOTRYGON *saphirina*, Bp. (hinc Osculatia saphirina.) *Mus. Paris.* ab Osculato 1853. *ex Rio Napo. Hurpi-juvack!* Figura nulla. *Brunneo-purpurascens, dorso splendide violaceo, uropygio pulchre cyaneo: subtus alba, crisso, femoribus, lateribusque sordide rufescentibus: fronte alba, vertice plumbeo, nucham versus sensim fusciscente; macula magna suboculari nigra: collare dimidiato fusco-purpurascente: remigibus fuliginosis; reetricibus brevibus, fuliginosis, apice griseis; extima macula externa alba.*

B. PERISTEREAE.

Remigum prima apice angusto lesiniformi.

64. **Leptoptila**, Sw. 1837. (Peristera, part. Gr.) Torosae. Splendentes: maculis alarum metallicis nullis.

Am. m. 6.

1. **COLUMBA jamaicensis**, L. (Peristera jamaicensis, Gr. - Leptoptila jamaicensis, Bp.) *Sloane, Hist. Jam.* II. p. 303. t. 262. f. 1. *ex Antillis. Minor: olivaceo-brunnea; subtus alba, pectore subcarneo; fronte albida, vertice cyaneo-ardesiaco, nucha fusciscente; collo purpureo-virescente: remigibus primariis albo limbatis, interne ad basin, tectricibusque inferioribus castaneis: reetricibus lateralibus nigricantibus, apice albis.*

- * 2. **L. verreauxi**, Bp. *Coll. Bp. ex Nova Granata. Similis praecedenti, sed etiam minor et valde pallidior. Cinnamomeo-olivacea, cervice et interscapilio aeneo-virescentibus; subtus alba; jugulo intentius, pectore, lateribusque dilutius, roseo-vinaceis; sincipite genisque cano-roseis: alarum margine nigro; tectricibus inferioribus remigibusque intus rufis, externe et apice latissime nigricantibus; prima apice angustissimo, praelongio: reetricibus lateralibus nigricantibus, apice late albis.*

3. **COLUMBA JAMAIGENCIS**, *Temm. Index, nec L. (rufaxilla, Rich. et Bern. - frontalis, Temm. - Peristera rufaxilla, Gr. - Per. jamaicensis, Licht. - Leptop-*

tila rufaxilla, Bp.) *Cat. Ois. Cayenn. in Act. Soc. Hist. Nat. Paris.* i. p. 118. sp. 74. - Azara, *Parag. sp.* 320. - Knip, *Pig. i. Columbigallin. t.* 10. - Reich., *Syst. Av. t.* 258. f. 1436, 1437. ex *Am. n. Gujana, Bras. Parag. Similis jamaicensis; sed major, et digitis, valde elongatis. Rufo-olivacea, uropygio subvirescente; subtus roseo-vinacea, mento, ventre, tectricibusque caudae inferioribus albis: pileo cinereo, in fronte albicante, in nucha purpurascente; genis griseo-flavidis; cervice et interscapilio aureo-violaceis: remigibus fuscis, prima apice lesiniformi unciali, externe rufo-limbatis, interne late, cum tectricibus inferioribus et pennis axillaribus, castaneo-cinnamomeis: cauda rotundata; reatricibus mediis brunneo-olivaceis; lateralibus nigris, apice candidis.*

4. COLUMBA **erythrothorax**, Temm. nec Meyen quae Columbula. (*Peristera erythrothorax, Gr. nec Reich. quae Chalcopelia larvata. - Leptoptila erythrothorax, Bp.) Knip, Pig. i. Columbigall. t. 7. - Reich., Syst. Av. t. 257. b. f. 3385. nec t. 258. f. 1434. quae sp. africana Chalcopeliae. ex Surinam. Cayenna. Olivaceo-ciocolatina; subtus intense ferrugina jugulo in vinaceum; vergens, in medio cum crisso et tectricibus caudae inferioribus albedo fuscoque variis; abdomine lateribus late fusco-castaneis: sincipite, loris, gulaque albo-caeruleis; cervice subpurpurascente aureo-viridi: remigibus fuscis albedo-limbatis: prima apice parum angustato brevi: reatricibus lateralibus nigricantibus apice albidis; omnibus subtus nigris apice albicantibus.*

Faem. subtus praecipue pallidior.

5. PERISTERA **albifrons**, Gr. (olim mexicana. - *Leptoptila albifrons, Bp.) List. spec. Br. Mus. p. 15. - Mus. Paris. a Verrauxio, ex Mexico, Ins. Cuba. Brunneo-olivacea sericea; cervice cupreo-purpurascente; nucha grisea; subtus ex toto cum sincipite candida; jugulo subvinaceo: alis subtus cinnamomeis: cauda longula subrotundata; reatricibus lateralibus ardesiacis, apicem versus nigricantibus, apice ipso albis.*

Juvenis a Plée 1826. ex Columbia et Barrot, ex Carthagena. In badium vergens, fronte roseo-grisea; subtus roseo-vinacea, postice tantum alba.

- * 6. **Lept. dubusi**, Bp. *Mus. Par.* ab Osculato 1853. ex Rio Napo. Olivaceo-purpurascens; subtus pallide vinacea; fronte albida; occipite cerviceque griseo-vinaceis: tectricibus alarum inferioribus vivide castaneis: reatricibus lateralibus nigris, apice albis.

65. **Peristera**, Sw. 1827. Selby. 1835. nec Boie. Castigatae. Opacae, sed alarum maculis metallicis ornatae. Turturaceae!

Am. m. 2.

1. COLUMBA **cinerea**, Temm. nec Scopoli. (Peristera cinerea, Sw. - P. ustulata, Mus. Berol. faem.) Pl. col. 260. juv. - Knip, Pig. I. t. 58. mas. - Reich., Syst. Av. t. 256. f. 1425. mas. 1426. faem. ex Brasil. Minor: cinereo-grisea, sincipite, genis, gula, abdomineque albicantibus: interscapilio, alis, caudaque obscurioribus; tectricibus alarum maculis superioribus parvis, rotundatis, inferioribus quadratis, nigro-cyaneis: cauda elongata, subaequali; reetricibus lateralibus fere a basi nigris: rostro flavo; pedibus rubris.

Faem. fusco-rufa; subtus albida, pectore lateribusque fusco-rufescentibus: maculis alaribus purpurascens: reetricibus mediis rufis, lateralibus nigricantibus.

2. COLUMBA **geoffroyi**, Temm. (godefrida! - Peristera geoffroyi, Sw. - P. trifasciata, Reich. faem. - Leptoptila geoffroyi, Bp.) Knip, Pig. I. t. 57. mas. - Reich., Syst. Av. t. 257. f. 1430. et t. 26. b. f. 2870, 2871. ex Am. m. Brasil. Majuscula: cinereo-perlacea, gula abdomineque albis: alis, maculis purpureo-cyaneis, interne nigris, tribus magnis castaneo-vio-laceis: cauda rotundata; reetricibus lateralibus maxima ex parte albis: rostro nigro; pedibus rubris.

Faem. fusco-rufa; subtus dilutior: alis maculis fascialibus tribus obscure-purpurascens.

C. CHAMAEPELIAE.

Parvae. Cauda brevis, rotundata.

* 66. **Metriopella**, Bp. (Columbina, Zenaida et Chamaepelia part. Gr.) Rostrum gracillimum, subincurvum, nigrum; orbitae nudae: pedes debiles: alae elongatae, rotundatae; remigibus acutis, prima quintam aequante, secunda et tertia longissimis: cauda subaequalis, reetricibus latis.

Am. m. 5.

1. COLUMBA **melanoptera**, Gm. ex Molina, nec Temm. (boliviana, Orb. - innotata, Hartl. - Zenaida! innotata, Hartl. - Columbina melanoptera ex Molina, Gr. et Peristera! boliviana ex Orb. Gr. - Columba boliviana in litteris, hinc Metriopelia melanoptera, Bp.) Molina St. Nat. Chili. p. 308. - Lafresn. Mag. Zool. 1836. Ois. t. 75. - Knip, Pig. II. t. 22. - Hartl. Rev. Zool. 1851. p. 74. - Id. Bericht. Vög. Sudl.

Philipp. p. 5. sp. 114. - *Jard. Contr. Orn.* III. 1845. *Orn. of Quito.* - *Reich., Syst. Av.* t. 573. b. f. 3375, 3376. *ex Chili, Peru, Bolivia, in Antibus altissimis. Brunneo-cinerea, subtus cinereo-subvinacea, undique sericeo-immaculata; mento albedo; tectricibus caudae inferioribus nigris: alis elongatis, remigibus fuscis acuticulis, margine externo sinuato; prima interne sinuata longiore quam quarta; fascia humerali infra supraque candida, caeteris tectricibus inferioribus, pennisque axillaribus nigricantibus; tectricibus superioribus externis canescentibus: cauda undique nigerrima.*

2. COLUMBA *aymara*, *Orb.* (*Chamaepelia aymara*, *Gr.* - *Metriopelia aymara*, *Bp.*) *Knip, Fig.* II. t. 32. *ex Bolivia. Cinnamomeo-grisea, sericea; gula abdomineque albicantibus, pectore lateribusque roseo-vinaceis: tectricibus alarum mediis pogonio externo aureo maculam fulgentem simul constituentibus; inferioribus nigris; remigibus fuscis, extus ad basin nigris; scapularibus macula externa nigro-violacea: tectricibus caudae inferioribus nigris, superioribus longissimis caudam nigram ex toto tegentibus: rostro parvo nigro; pedibus flavis.*
3. CHAMAEPELIA *anaïs*, *Less.* (*gymnops*, *Gr.*) *Mus. Brit.* 1854.) *Echo du Monde Savant* 1845. p. 8. - *Id. Descr. Quadr. etc.* 1850. p. 210. sp. 39. *ex Peru, Bolivia. Brunnea, subtus albido-brunnescens: orbitis denudatis carunculatis flavis: capistro gulaque albis; pectore griseo-vinaceo: tectricibus alarum apice albo; inferioribus nigricantibus; remigibus nigris albo-limbatis: cauda nigra, reatricibus mediis dorso concoloribus, quatuor utrinque extimis apice magis magisque albo, extrema utrinque maxima ex parte alba (pogonio externo etiam albo-marginato).* *Long.* 6 $\frac{1}{4}$ *poll.* *Alar.* 3 $\frac{1}{2}$ *poll.*
- * 4. COLUMBINA *inornata*, *Gr.* (*Metriopelia inornata*, *Bp.*) *Mus. Brit. ex Brasil. Brunneo-cinerea, dorsi plumis, tectricibusque alarum secus medium nigro-signatis; subtus griseo-vinacea, crisso albo: margine alarum exteriori griseo: reatricibus tribus utrinque extimis nigris, apice albis: rostro nigro; pedibus pallidis.* *Long.* 9 $\frac{1}{4}$ *poll.* *Alar.* *via* 5 *poll.*
5. ZENAIDA? *plumbea*, *Goss.* (*Metriopelia plumbea*, *Bp.*) *Ill. Birds of Jamaica* t. 85. - *Reich., Syst. Av.* t. 245. f. 2590. *ex Ins. Jamaica. Plumbeo-cinerea, unicolor; alis longissimis, remigibus, tectricibus alarum majoribus, reatricibusque lateralibus nigris; primariis limbo tenui, tectricibus margine, reatricibus apice late, albis: rostro tenuissimo nigro: pedibus gracilibus, rubellis.*

67. **Chamaepella**, Sw. Tarsi undique nudi: tectrices alarum inferiores rufae.

Am.

6.

* *Pectore nigro undulato.*

1. **COLUMBA passerina**, L. (minuta, L. juv. - *Turtur parvus americanus*, *Briss.* adult. - *Turtur parvus fuscus americanus*, *Briss.* juv. - *Turtur minimus guttatus*, *Catesb.* - *Chamaepelia passerina*, Sw.) *Pl. enl.* 243. f. 1. *Quid fig.* 2? - *Catesby, Carolina* I. t. 26. - *Briss. Orn.* I. t. 9. f. 1. adult. t. 8. f. 2. juv. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall.* t. 13. adult. t. 14. juv. - *Vieill. Enc.* I. t. 81. f. 2. - *Wils. Am. Orn.* VI. t. 46. f. 2, 3. - *Audub. Amer. Orn.* t. 182. - *Id.* 8. edit. v. p. 19. t. 283. f. 1, 2, 3. mas. 4. faem. 5. juv. - *Reich., Syst. Av.* t. 266. f. 2875, 2876. t. 256. f. 1419, 1420. ex *America sept. et Antillis; Jamaica, Hispaniola, Florida, Georgia, Carolina, Louisiana, Mexico. Mus. Paris. ex Mazatlan.* Longitudo paulo ultra *sempedalis*: cinereo-fusca; subtus cum *sincipite*, *genis*, *gula* albicante, *tectricibusque* alarum minoribus *vinaceis*; *gutturis pectorisque plumis fusco-centratis*, *nucha* *cerviceque plumbeis*, *plumarum margine obscuriore*; *crisso tectricibusque caudae inferioribus luride cinereis*: *remigibus fuscis interne latissime cum tectricibus inferioribus rufo-castaneis*; *maculis amethystinis in tectricibus parvis*, *rotundatis*, *in remigibus tertiariis magnis cordato-lanceolatis*: *rectricibus lateralibus omnibus nigricantibus*, *extima apice externo, albida.*

* 2. **Ch. granatina**, Bp. *Mus. Paris.* e specimin. 1839. ex *Bogota.* *Similis* praecedenti; *sed valde dilutior*; *subtus albida*, *maculis jugularibus fuscis*, *nucha* *vis cinerascens*, *minime vinacea*: *alis subtus rufis*, *nec castaneis*; *maculis alarum cupreo-granatinis*: *rectricibus lateralibus plurimis albomarginatis*: *pedibus valde debilioribus.*

* 3. **Ch. albivitta**, Bp. *Mus. Paris.* ab Ad. Barrot. ex *Am. m. Carthagena.* *Cinereo-cinnamomea*, *absque vinaceo*; *subtus luride albida*; *sincipite*, *jugulo*, *collique lateribus plumis nigris margine albido tanquam squamatis*: *alis subtus*, *remigibusque interne rufo-castaneis*; *tectricibus alarum minoribus et mediis maculis paucis parvis violaceo-amethystinis*; *majoribus externe lacteis vittam adumbrantibus*: *rectricibus angustis*, *lateralibus nigricantibus*, *extima apice externo albo*: *rostro flavido.*

* 4. **Ch. trochila**, Bp. *Mus. Paris.* ab Alex. Rous-

seau. 1842. ex *Ins. Martinica*. *Brunneo-cinerea* minime rufescens: *subtus luride albida*; *plumis pectoralibus nigricante centratis*; *tectricibus caudae inferioribus fuscis*: *pileo cerviceque obsolete squamulatis*: *alis, subtus, remigibusque intus, cinnamomeo-castaneis*; *maculis tectricum superiorum omnibus majusculis sub-cordatis*: *uropygio, tectricibus caudae superioribus, rectricibusque mediis dorso concoloribus*; *lateralibus cinereis apice latissime nigricantibus*; *extima utrinque extremo margine extus alba*: *rostro robusticulo, nigro*: *pedibus flavis*.

** *Pectore immaculato*.

5. **COLUMBA MINUTA**, *Temm. nec L.* (*Columbina griseola*, *Spix*. juv. - *Chamaepelia griseola*, *Bp.* - *Chamaepelia minuta*, *Sw.?* *Gr.* - *Ch. pumila?* *Ill.* - *Ch. rachidialis*, *Schiff. Mus. Francof. juv.*) *Azara*, *Parag.* 325. - *Knip*, *Pig.* 1. *Columbigall.* t. 16. ad. - *Spix Av. Bras. t.* 75. a. f. 2. juv. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 256. f. 1422, 1423. ex *Gujana, Bras. Parag. Cuman.* *Minima inter Columbas*. *Long.* 5½ poll. *Griseo-brunnea*; *subtus roseo-vinacea, pectore puro*; *gula rosea*; *ventre tectricibusque caudae inferioribus albis*: *pileo, genis, cervice, uropygioque griseis*; *nucha subrufescente*: *alis subtus cinnamomeis*; *tectricibus superioribus maculis parvis et paucissimis cyaneo-amethystinis, majorum et remigum tertiarium margine externo albo*: *rectricibus griseis, mediis omnino, lateralibus fascia lata subterminali, nigra*.

Juv. luride cinerea; *subtus et in fronte genisque, pallidior*; *abdomine crissoque albo-rufescentibus*; *alis fuscis*; *tectricibus inferioribus, margine humerali, alula spuria, remigum margine externo, pogonio interno, apice excepto, rachidibusque secundariarum, rubro-cinnamomeis*: *rectricibus duabus mediis dorso concoloribus*; *caeteris cinereis apicem versus nigris, albo-marginatis*.

Quid Mus. Paris. specimen minimum, *rostro gracillimo*; *ex toto nigricans, maculis alarum violaceis majusculis, nisi var. melanina ab alimentis (Cannabis sativae seminibus) in captivitate producta?*

6. **Ch. MINUTA**, *Peale, nec Auct. (amazilia, Bp.) Expl. Exped. Unit. Stat. Orn. p.* 207. *Mus. Paris.* a *Castelnau* 1847. ex *Peru*. *Minima*: *griseo-brunnea*; *subtus roseo-vinacea, pectore puro*; *gula alba*; *tectricibus inferioribus luride griseis*; *pileo cerviceque canis*; *nucha fusciscente*; *uropygio dorso concolore*: *alis subtus cinnamomeis*; *tectricibus superioribus maculis paucis cyaneo-amethystinis, posticis elongatis*; *tertiariis margine externo vix pallidior*: *rectricibus mediis griseo-cinnamo-*

mois; lateralibus cinereis, fascia lata subapicali nigra, apice externo albo.

Juv. cinereo-cinnamomea, plumis albido marginatis; subtus alba, pectore fuscescente plumis margine pallidiore.

Junior. valde obscurior, olivaceo-brunnea, pileo concolore fronte vix pallidiore; subtus fusca vix vinacea; pectore lateribusque obscurioribus, gula subalbicante: maculis alarum cyaneo-amethystinis numerosioribus majoribus: reetricibus mediis olivaceo-brunneis; lateralibus nigris, basi cinereis, apice externo rufescente.

* 68. **Talpacotia**, Bp. (Chamaepelia part. Gr.) Tarsi postice plumosi! tectrices alarum inferiores nigrae. Am. m. 3.

1. **COLUMBA TALPACOTI**, Temm. (Columbina cabocolo, Spix. - Chamaepelia **cinnamomea** vel cinnamomea, Sw. - Ch. talpacoti, Gr. - Talpacotia cinnamomea, Bp.) Briss. Orn. t. 9. f. 2. - Azara, Parag. sp. 323. - Knip, Fig. I. Columbigall. t. 12. - Spix Av. Bras. II. t. 75. a. f. 1. - Reich., Syst. Av. t. 256. f. 1424. fig. pessim. et t. 253. b. f. 3379. ex Brasil. Parag. Bolivia. Minor: castaneo-cinnamomea; subtus vix dilutior abdomine concolore; pileo plumbeo in fronte albicante; genis gulaque rufo-albis: tectricibus alarum nigro signatis; inferioribus partim, cum pennis axillaribus, nigris; remigibus fuscis: cauda rotundata, reetricibus lateralibus nigris apice rufis.

* 2. **CHAMAEPELIA rufipennis**, Gr. (Talpacotia rufipennis, Bp.) Mus. Brit. et Mus. Paris. a Barroto, Lewy ex Am. m. Columbia, Carthagera. Simillima T. cinnamomeae, sed magis rubescens, et remigibus rufis apice tantum fuscis.

* 3. **CHAMAEPELIA godina**, Bp. (Colombicolin de San Carlos? Less. Descr. 1850. p. 212. - Talpacotia godina, Bp.) Mus. Paris. ab Orbigny 1834. ex Am. m. Brasil., Bolivia. Majuscula: brunneo-olivacea nec cinnamomeo-vinacea, uropygio tantum et tectricibus caudae superioribus purpurascens; subtus luride fuscens nec vinacea, abdomine medio albo; pileo cinerascens nec griseo; maculis alarum longioribus, splendidioribus: remigibus fuscis.

Species dicata Isabellae Godin des Odonais, quae derelicta incommittata inhospitas immensas permeavit sylvas singulari animo fulta, asperrimasque instabiles calamitates tulit propter in suum virum patremque charitatem.

69. **Columbula**, Bp. 1854. (Columbina, *Spix*, 1825.) Alae breves: cauda elongata, sub gradata.

Am. m. 4.

1. COLUMBINA **strepitans**, *Spix*. (Columbula strepitans, Bp.) *Aves Brasil*. II. t. 75. f. 1. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 255. f. 1405. ex *Am. m. Bras., Parag. Chili. Griseo-cinerea*, in dorso alisque brunnescens; gula alba, in jugulo pectoreque subvinacea: alis brevissimis; remigibus nigricantibus albo-rufo limbatis, scapularibus vix longioribus; tectricibus externis, apice late albo, vitam alarem transversam, minoribus apice saphirino fasciolam, constituentibus; inferioribus nigerrimis: rectricibus lateralibus fere omnino albis.
2. COLUMBA **erythrothorax**, *Meyen*, nec *Temm.* (monticola, *Tschudi*, nec *Vieill.* - Columbina erythrothorax, *Gr.* - Columbula monticola, Bp.) *Acad. Nat. Curios.* 1833. t. 26. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 255. f. 1408. ex *Am. m. occ. Peru. Fusco-cinerea plumis medio-rufescentibus*; subtus vinacea in pectore saturatior: pileo vix dilutiore; genis, mento, crissoque albicantibus: remigibus nigricantibus, secundariis pallide marginatis: cauda subaequali, rectricibus lateralibus nigris apice albis; extima utrinque fere omnino alba.
3. COLUMBA **picui**, *Temm* (Columbina picui, *Gr.* - Columbula picui, Bp.) *Azara, Parag. sp.* 324. - *Temm.*, *Pig. et Gall.* I. p. 435. - *Knip, Pig.* II. t. 29. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 255. b. f. 3377, 3378. ex *Paraguay. Statura C. passerinae vel minor: brunneo-grisea, subtus dilutior: remigibus fuscis, secundariis margine externo albis, tectricibus apicibus saphirinis fasciam alarem transversam constituentibus, inferioribus nigerrimis: cauda rotundata, rectricibus lateralibus interne, extima utrinque ex toto, albis.*
4. COLUMBA **cruziana**, *Orb.* (gracilis, *Tschudi* 1843. - *Peristera cruziana, Gr.* - *P. chalcostigma, Reich.* - *Chamaepelia cruziana, Gr.* - *Columbula cruziana, Bp.* - *Colombicolin peruvien, Less.* 1850.) *Knip, Pig.* II. t. 48. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 255. f. 1407. ex *Auct. t. 245. b. f. 3531, 3532, 3533. 3534. a specimine. ex Am m. Peru occ. Fusco-cinerea, ceruice dilutiore; capite coerulesco-griseo: tectricibus alurum griseis, inferioribus nigris, majoribus fascia obliqua rubro-cuprea, et maculis subrotundis chatybeo-smaragdinis; remigibus nigricantibus: rectricibus nigris, duabus mediis dorso concoloribus: rostro sulphureo, apice nigro; pedibus rubris.*

D. ZENAIDEAE.

Elegantes: alae longiculae; cauda plus minus elongata. Analogiam cum TURTURINIS praebent.

- * 70. **Melopelia**, Bp. (Zenaida part. Gr.) Cauda elongata; vix rotundata: orbitae valde denudatae. Am. 2.
1. COLUMBA **leucoptera**, L. exclusa patria. (trudeaui, Audub. - Turtur leucopterus, Goss. - Zenaida leucoptera, Gr. - Z. meloda ex Mexico? Licht. Nom.) Brown, Jamaic. p. 468. - Edw. B. t. 76. - Audub., Birds of America, 1843. 8^o ed. VII. p. 352. t. 496. - Reich., Syst. Av. t. 255. f. 2869. t. 254. f. 1417. ex Antillis, Jamaica, Texas, Mexico. Longitudo pedalis: fusco-brunnea ad cinnamomeum obscure vergens; pileo cerviceque subvinaceis; uropygio cinereo-coerulescente, tectricibus caudalibus apice brunneis; macula postoculari cyaneo-violacea; colli lateribus aureo-viridibus: subtus cinnamomeo-brunnea, lateribus subviolaceo-griseis; crisso albedo: alis externe nigricantibus; remigibus primariis limbo externo, secundariis apice, albis; tectricibus majoribus et mediis apice late albis, fasciam alarem transversam constituentibus: cauda elongata, rectricibus lateralibus cinereis sensim nigricantibus, apice late et abrupte albidis.
2. COLUMBA **meloda**, Tschudi. (souleyetiana; Gay. - leucoptera, Aliq. nec L. - Zenaida souleyetiana! O. des Murs. - Zenaida meloda, Gr. - Melopelia souleyetiana, Bp. in litt.) Wiegmann, Arch. 1843. p. 385. sp. 4. - Fauna Peruana. t. 29. - Gay, Hist. Chile, Zool. 1. p. 380. sp. 3. Atl. t. 7 - Reich., Syst. Av. t. 254. f. 1418. - Mus. Paris. a d'Orbigny 1831. ab Eydoux et Souleyeto, ex Peru, Tacna; ab Exped. Bonitae 1838. ex Chili, Antium declivit. occ. Maxima: cinnamomeo-olivacea; pileo fuscescente; orbitis, lorisque nudis azureis; facie cinerea, macula auriculari oblonga nigra; colli lateribus cupreo-nitentibus; jugulo subrufescente; uropygio coerulesco-griseo; abdomine, crisso rachidibus fuscis, tibiisque griseis: alis immaculatis, remigibus primariis fuscis, extus albo-limbatis; tectricibus alarum marginalibus cinereis, externe latissime albis; alarum caudaeque tectricibus inferioribus canis: rectricibus lateralibus fascia subterminali nigra, apice griseis, rachide apice tantum subtus alba: rostro nigro; pedibus rubris.

71. **Zenaida**, Bp. 1838. Cauda brevicula, rotundato-cuneata.

Am. 9.

* *Cauda rotundata: reetricibus latis.*

1. COLUMBA ZENAIDA, Bp. (*Zenaida aurita*, Gr. 1854. nec *Licht.* quae maculata, nec *Temm.* quae martinicana. - *Zenaida amabilis*, Bp.) *Am. Orn.* III. t. 17. f. 2. - *Audub. Am. B.* II. t. 162. mas et faem. - *Id.* 8^o. edit. v. p. 9. t. 281. f. 1, 2. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 255. f. 2867, 2868. t. 254. f. 1412. ex *Cuba, Florida, Ins. Bahamensis. Cinereo-vinacea*, nucha subcastanea: subtus cinnamomeo-castanea, in tectricibus alarum inferioribus lateribusque late et pulchre griseis; gula tantum rufo-albicante: tectricibus caudae inferioribus obscure cinereo-vinaceis; lineola subauriculari cyaneo-violacea; cervice lateribus splendide aureo-amethystinis: alis nigro-maculatis; remigibus fuscis, primariis albido-limbatis, secundariis apice late albo: reetricibus omnibus fascia subterminati nigra, extimis tribus utrinque apice late griseis.
- * 2. COLUMBA *martinicana*, Br. nec L. (martinica var. β ! *Gm.* - aurita, *Temm.* nec Gr. - castanea, *Wagl.* - *Zenaida bimaculata*, Gr. - *Z. marticana*, Bp.) *Pl. enl.* 142? - *Knip*, *Pig.* I. t. 25. adult. t. 25. bis. juv. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 254. f. 1413. 1414. - *Mus. Paris.* ab Alexandro Rousseau 1842. ex *Martinica*. - Gr. *Mus. Brit.* 1854. ex *Ins. Bermudis. Similis L.* amabili; sed maculis remigum tertiarium postice albomarginatis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus, albo-vinaceis; reetricum exteriorum apicibus albidis.
3. COLUMBA *auriculata*, O. des Murs. (Peristera! auriculata, Gay. - *Zenaida chilensis*, hinc *Z. auriculata*, Bp.) *Faun. Chil.* p. 378 et 381. sp. 1. *Atl. Zool. Orn. t.* 6. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 245. h. f. 3529, 3530. ex *Am. m. Chili, Patagonia. Major: cinereo-brunnea*, nucha subplumbea: subtus griseo-vinacea; gula, crisso, tectricibusque caudae inferioribus albo-cinnamomeis: macula elongata subauriculari cyaneo-nigra; cervice lateribus aureo-amethystinis: alis nigro-maculatis, tectricibus alarum inferioribus lateribusque albo-griseis; remigibus fuscis omnibus albido tantum limbatis: reetricibus mediis longioribus dorso concoloribus, immaculatis; lateralibus basi cinereis extus rufescentibus, fascia angulosa ultramediana nigra; extimis tribus utrinque apice late albo.
4. COLUMBA *maculata*, Vieill. nec Gm. quae Treronid! (aurita, *Wagl.* nec *Temm.* - Peristera chrysauchenia,

Reichenbach. - *Zenaida maculata*, et *chrysauchenia*, Gr.) *Azara*, *Parag. sp.* 322. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 257. f. 1429. *ex Am. m. Brasil. Parag. Minor: cinereo-fusca, nucha concolore: subtus griseo-brunnea, gula tectricibusque caudae inferioribus albidis: lineolis postoculari et subauriculari parum conspicuis nigricantibus; cervice lateribus aureo-purpurascens: alis maculis paucis parvis nigris, subobsoletis; duabus rotundatis magnis in scapularibus: subtus cum tectricibus lateribusque luride griseis: remigibus fuscis albido-limbatis; alula spuria apice cinnamomea: reetricibus mediis dorso concoloribus; lateralibus cinereis fascia subterminali nigra; extima apice albido; spatio albo longitudine tantum semipollicavi.*

* 5. *Z. hypoleuca*, Gr. *Mus. Brit.* 1854. *ex Am. centr.* Figura nulla. *Simillima Z. maculatae, sed valde major; subtus minus vinacea, sensim abdominem versus albicans; tectricibus caudae inferioribus candidis: reetricibus lateralibus apice latissime albis, spatio albo longitudinem pollicarem superante.*

* 6. *Z. ruficauda*, Gr. 1854. (mexicana, *Bp. Mus. Lugd.* 1849.) *Mus. Brit. ex Nova Granada.* - *Mus. Paris.* a Plée. 1826. *ex Columbia. Similis praecedentibus, sed brunneo-ardesiaca; nucha plumbea: subtus et in cervice roseo-vinacea; macula suboculari, vitaeque postoculari albo-limbata, nigro-violaceis; colli lateribus aureo-violaceis: tectricibus alarum ardesiacis; remigibus nigricantibus: cauda brevi, reetricibus lateralibus fusco-ardesiaca, macula transmediana nigra, apice late rufis.*

7. COLUMBIGALLINA *gallapagoensis*, *Neboux*, 1840. (*Zenaida gallapagoensis*, *Gould.*) *Zool. of Beagle B. t.* 46. - *Revue Zool.* 1840. p. 290. - *O. des Murs. et Flor. Prevost, Voy. Venus, Ois. p.* 270. t. 8. - *Reich., Syst. Av. t.* 254. f. 1415, 1416. t. 227. f. 2484. *ex Ins. S^t Caroli, Ins. Gallapag. Chili. Minor: cinereo-vinacea, cervice et colli lateribus purpurascens-viridibus: subtus grisea; gula subalbicante, lateribus tenuissime nigro-squamata; pectore latissime vinaceo: macula pone oculos alba, nigro circumscripta: remigibus nigris albo-limbatis; tectricibus alarum dense nigro maculatis, exterioribus magna ex parte albis, plurimis reliquarum vitta centrali alba, majoribus apice rufescentibus: cauda brevi vix rotundata; reetricibus lateralibus albido-limbatis, fascia subapicali lata nigra: rostro elongato, subincurvo, fusco; pedibus rubellis.*
Juvenis. Magis rufescens: pectore minus vinaceo et nigricante vario.

** Cauda subsagittata; reatricibus latissimis.

- * 8. **Z. pentheria**, Bp. Mus. Paris. a Fontaniero 1853. ex *Am. m. Sancta Martha*. Forma et statura *Z. amabilis*; sed minor, cinereo-ciocolatina in tectricibus alarum et cauda, tergo uropygioque olivascens: nucha plumbea: subtus ex toto unicolori, mento tantum albicante, cum fronte genisque vinaceo-castaneis; lateribus, tectricibusque alarum fusco-plumbeis; tectricibus superioribus corpori proximioribus nigro-maculatis: remigibus fuscis albido-limbatis: reatricibus latissimis, mediis elongatis, lateratibus fasciola mediana nigra, omnibus cinereis, apice latissime castaneo-rufis.

*** Cauda brevi, sagittata: reatricibus angustis.

- * 9. **Z. stenura**, Bp. Mus. Paris. a Verreauxiis 1854. ex *Columbia*. Similis *Z. pentheriae*; sed minor, dilutior, magis rufescens: tectricibus inferioribus et alis subtus dilute cinereis: reatricibus fasciola subterminali; omnibus angustis; extima utrinque fere lineari.

72. **Zenaidura**, Bp. 1854. (Ectopistes, Auct. - Turtur p. Br.) Cauda elongata, gradata, reatricibus 14! nec 12.

Am. sept. 2.

1. COLUMBA **carolinensis** et marginata, L. (hoi-
lotl? Gm. ex Hernandez. - Turtur carolinensis, Briss.
adult. - americanus, Br. juv. - montana mexicana,
Br. - Ectopistes marginatus, Gr. - Ect. carolinensis,
Sw.) Pl. enl. 175. faem. - Edw. B. I. t. 15. mas. - Briss.
Orn. I. t. 8. f. 1. - Catesb. Carol. I. t. 24. - Knip,
Fig. I. t. 50. - Wils. Am. Orn. v. t. 45. f. 1. - Audub.
Am. t. 17. - Id. 8^o. edit. v. p. 36. t. 286. f. 1. mas. 2.
faem. - Seligm. Samm. felt Vog. I. t. 48. mas. - Reich.,
Syst. Av. t. 249. f. 1380, 1382. ex *Am. Sept.*
Ex olivaceo cinereo-brunnea; subtus cinereo-vinacea,
lateribus tectricibusque alarum inferioribus coeruleo-
griseis; abdomine medio ventreque ochraceis; tectrici-
bus caudae inferioribus albidis; macula subauriculari
e punctis congestis nigro-violacea; mento albicante; colli
lateribus aureo-purpureo nitentibus: tectricibus ala-
rum internis nigro-maculatis, externis immaculatis
subcinerascentibus; remigibus fuscis, albido-limbatis:
cauda cuneiformi; reatricibus quatuor mediis acumi-
natis dorso concoloribus, duabus sequentibus utrinque plum-
beis, extimis magna ex parte albis; omnibus, duabus
mediis exceptis, fascia mediana nigra; subtus a basi
ultra medium nigris, apice albis.

2. **COLUMBA marginella**, Woodhouse. (*Zenaidura marginella*, Bp.) *Rep. Exped. Zuni et Colorado*, p. 93. *Birds*. t. 5. - *Mus. Paris*. a Jaurez 1843; ex *California*. mer. *Similis* praecedenti, sed valde minor; pileo obscuriore; subtus magis flavescens; uropygio reatricibusque mediis minime cinerascentibus.
- * 73. **Scardafella**, Bp. (Columbina, part. Gr.) Alae breves: cauda elongata, gradata. Parvae. Color cinereus nigro-undulatus. Am. centr. et m. 2.
1. **COLUMBA squamosa**, Temm. (*Chamaepelia squamosa*, Gr. - *Macropygia squamosa*, Auct. - *Oena!* *squamosa*, Reich. - *Chamaepelia squamosa*, Caban.) *Knip*, Fig. I. t. 59. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 255. f. 1409, 1410. adult. cauda mirifice elongata; t. 255. b. f. 3381. ex *Brasil*. Cinereo-brunnea, in capite colloque subvinacea; subtus albicans, plumis omnibus nigro-marginatis tanquam squamata: tectricibus alarum externis externe albis, inferioribus rufo nigroque variis, alula spuria nigra; remigibus nigris, primariis interne rufocastaneis: cauda reatricibus quatuordecim, mediis aequalibus, cinereo-fuscis apice nigricantibus: lateralibus apice late albo; extimis duabus utrinque gradatim valde brevioribus, basi tantum nigris, albis: rostro fusco; pedibus rubris.
2. **CHAMAEPHELIA inca**, Less. (*Columbina squamosa* ex *Guatemala*, Auct. - *Scardafella inca*, Bp.) *Descr. Quadr. etc. Buffon* 1850. p. 211. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 250. f. 1393. - *Mus. Paris*. a Mozard, ex *Guatemala*. *Similis* praecedenti, sed valde minor, dilutior et cauda brevior; subtus magis vinacea; pectore roseo-vinaceo; abdomine et tectricibus caudae inferioribus cinnamomeis: tectricibus alarum inferioribus castaneo et nigro plus minus distinctis; superioribus minime albo-variis; alula spuria castanea, nec nigra.
- * 74. **Uropelia**, Bp. (Columbina! part. Spix.) Alae brevissimae: cauda longissima, valde cuneata: Minimae: Color rufescens uniformis. Am. mer. or. 1.
- COLUMBA campestris**, Spix. (venusta, Temm. - *Columbina campestris*, Gr.) *Av. Brasil*. II. t. 75. f. 2. - *Pl. col.* 541. f. 1. mas. adult. - *Knip*, Fig. II. t. 26. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 255. f. 1406. ex *Spix*; 1411 ex *Temm.* - *Mus. Paris*. ab Augusto St. Hilario, 1822. ex *Brasil*. *Capit. des Mines*. Cinnamomeo-brunnea; subtus albido-cinnamomea; fronte cinerascente: tectricibus alarum superioribus maculis binis magnis quadratis vio-

laceo-amethystineis nigro et albo interne marginatis, tribusque triangularibus nigro-violaceis in tertiariis; inferioribus, maculis magnis, prima alba, altera nigra: reatricibus mediis dorso concoloribus, lateralibus nigris apice transverse albis.

Quid Columba dominicensis, *Lath.* (annulata, *Wagl.* - *Peristera dominicensis*, *Gr.*) *Pl. enl.* 487. - *Knip*, *Pig.* 1. t. 51. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 258. f. 1438. nisi fictitia *Avis*, capite saltem *Charadrii virginiani* (dominicensis! torquata, *Br.*) instructa?

SUBFAMILIA 197. PHAPINAE.

Pedes valde enlongati, tarsis denudatis, digitis brevibus, pollice parum explicato. Analogia cum *TRERONIDIS*: affinitas cum *GOURIDIS*.

A. PHAPEAE. Rostrum robustum: rectrices. 14-16.

75. **Trygon**, *Hombr.* et *J.* 1852. (*Starnaenas?* part. *Gr.*)
Ob rostri magnitudinem analogiam cum *BUTRE-
RONE* praebet; sed rostro valde compresso: tarsis
elongatis, nudis, antice late scutatis, digitisque,
ad *PHAPINAS* pertinet.

Oc. 1.

Tr. terrestris, *Hombr.* et *J.* (*Trygon!* terrestris, *Reich.* - *Starnaenas!* terrestris, *Aliq.*) *Voy. au Pole sud, Oiseaux*, t. 28. f. 1. - *Gr. Gen. B.* III. *Append.* p. 24. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 259. f. 2598. ex *Nova Guinaea occ.* Terrestris. Cinereus, in fronte albicans, in capite, collo pectoreque ardesiacus, in dorso uropygioque nigro-coerulans; macula utrinque sub-oculari alba; abdomine medio albo, lateribus rufis: alis nigricantibus, remigibus secundariis obscurioribus, omnibus cum tectricibus rufo-limbatis; tectricibus inferioribus albis nigro-marginatis: rostro apice albicante; iridibus aurantiacis; pedibus rubellis.

76. **Leucosarcia**, *Gould*, 1843. Rectricibus 14.

Austral. 1.

COLUMBA *picata* et melanoleuca, *Lath.* (armillaris, *Temm.* - *jamesoni*, *Quoy et Gaim.* - *Peristera picata*, *Sw.* - *Phaps picata*, *Gr.* - *Leucosarcia picata*, *Gould.*) *Knip*, *Pig.* 1. t. 6. - *Gould*, *Austr.* v. t. 63. - *Lambert. inedit.* t. 62. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 262. f. 1457, 1458. ex *Austr. or.* Fusco-ardesiaca; pileo gulaque albidis; jugulo pectoreque ardesiacis albo variis; collare pectorali albo; abdomine lateribusque albis plumis singulis macula media cordata nigra; plumis

ventris tectricibusque caudae inferioribus albedo-rufescentibus latissime nigro centratis: tectricibus alarum inferioribus et pennis axillaribus nigris apice albis; rectricibus lateralibus albedo-terminatis.

77. **Petrophassa**, Gould, 1840. Alae breves, rotundatae, haud metallicae: cauda rotundata; rectricibus 14.

Austr. 4.

P. albipennis, Gould. *B. of Austr. v. t. 71. - Reich., Vog. Neuholl. sp. 5. - Id. Syst. Av. t. 260. f. 1447, 1448. ex Austral. Brunneo-ciocolatina; subtus nigricans: genis, pectoreque cinereis; gula plumis nigro marginatis tamquam squamata: remigibus nigris, basi albis speculum alarum constituentibus.*

78. **Geophaps**, Gould, 1842. Rostrum brevissimum, robustum: orbitae nudaе: pedes longiculi; tarso digitis brevior; digitorum interno omnium longissimo: alae brevissimae, rotundatae; tertiarii elongatis, apice dilatatis. *Terrestres.*

Oc. 5.

1. **COLUMBA scripta**, Temm. (inscripta, *Wagl. - Peristera scripta*, Sw. - *Geophaps scripta*, Gould.) *Pl. col. 187. mas. - Knip, Pig. II. t. 33. - Gould, Austr. v. t. 67. - Reich., Syst. Av. t. 262. f. 1563, 1564. ex Australia. Fusco-cinerea, in alis tanquam marmorata; genis gulaque albis lineis vittisque nigris tanquam scriptis; pectore rufo-cinereo fusco undulato; abdomine medio griseo, lateribus cum tectricibus alarum inferioribus albis; ventre pallide cinnamomeo; tectricibus caudae inferioribus fuscescentibus: speculo alare cupreo-amethystino: rectricibus lateralibus apice latissime nigris.*

Juvenis genis fere unicoloribus.

2. **COLUMBA smithi**, Jard. (*Geophaps smithi*, Gould.) *Jard. et Selby, Illustr. II. t. 104. - Gould., Austr. v. t. 68. - Reich., Syst. Av. t. 262. f. 1665, 1666. ex Australia. Cinereo-rufa; linea supra et infra oculos, gulaque albis: remigibus secundariis extus atrosmaragdinis eorumque tectricibus macula minore amethystina: rectricibus lateralibus nigris.*

3. **G. plumifera**, Gould. *Austr. v. t. 69. - Knip, Pig. II. t. 58. - Reich., Syst. Av. t. 262. f. 1561, 1562. ex Australia s. occ. in rivis flumine Victoriae. Similis praecedentibus, sed minima et crista occipitali praelonga subulata.*

Rufo-brunnea; subtus alba: capite cum crista elongata occipitali, cervice, colli lateribus, jugulo tectricibusque

alarum inferioribus fulvo-ferrugineis: mente et linea plumosa orbitas nudas coccineas circumscribente, nigris; gula dimidio antice albo protracto, dimidio posteriore nigro hinc inde canescente; pectore lunulato; abdomine medio isabellino; tectricibus caudae inferioribus fuscescentibus: alis flavo-ferrugineis plumis basi griseo-argenteis, fasciola mediana nigra; remigibus brunneis, secundariis apicem versus aeneo-purpurascens: cauda nigra: rostro virente; iridibus aurantiis; pedibus griseis, scutellis ex virescente cinereis.

79. **Phlegaenas**, Reich. 1851. (Calaenas? p. Gr.)

Oc. 5.

1. **COLUMBA *cruenta***, Gm. (luzonica, ad. et nivea var. Scopoli. - sanguinea, Gm. var. - Calaenas: luzonica, Gr. - Calaenas *cruenta*, Caban. - Phlegaenas luzonica, Reich. - Phlegaenas *cruenta*, Bp.) Sonner. *Voy. t. 20, var. et t. 21. - Knip, Fig. 1. Columbigall. t. 8. ad. et t. 9. var. - Reich., Syst. Av. t. 225. f. 1265. var. t. 227. f. 2479. ex Ins. Philipp. Plumbeo-viridis; sincipite, humeris, et tectricum alarum apicibus griseis: nucha remigibusque purpureo-nigricantibus; gula juguloque candidis; pectoris macula atro-sanguinea rubro-circumdata; abdomine albo-cinnamomeo, lateribus plumbeis; alis interne castaneo-cinnamomeis: reatricibus lateralibus cinereis, fascia alari terminali nigra.*
2. **COLUMBA *tristigmata***, Temm, (Phlegaenas *tristigmata*, Bp.) Mus. Lugdun. a Forsteno, ex Ins. *Celebensis*, Tondano. Brunneo-hepatica; pileo aeneo-viridi; fronte et scuto pectorali stramineo-aurantiis; genis griseo-flavidis; gula flavida; cervice brunneo-purpurascens; interscapilio cinereo-purpureo; abdomine albo-flavido; lateribus fuscescentibus; ventre brunneo; crisso, tectricibusque caudae inferioribus albidis: tectricibus alarum superioribus griseis: reatricibus apice griseis: rostro apice flavido: pedibus brunnescentibus; unguibus albidis.
3. **PERISTERA *criniger***, Hombr. et J. (crinigera, part. Reich. et Pucher. - Caloenas spec. 5. Gr. - Phlegaenas crinigera, Bp. ex Hombr.) *Voy. au Pole Sud t. 27. f. 2. faem. - Reich., Syst. Av. t. 259. f. 2596. ex Ins. Solo (Soog). Pileo, genis, cerviceque aureo-viridibus, interscapilio aeneo-brunneo micante, dorso intense castaneo; gula latissime alba, fasciculo jugulari e plumis decompositis, rigidis, setolosis, apice obscure purpureo; abdomine et lateribus rufis; ventre albo: remigibus fuscis, primariis rufo-limbatis, secundariis latissime externe rufo-marginatis; tectricibus alarum superioribus apice latissime griseis; inferioribus rufis: rostro nigricante; pedibus miniatis.*

4. **PERISTERA rufigula**, Pucheran. (Péristère à gorge rousse, *Hombr. et Jacq.* - *Peristera crinigera!* part. *Reich.* - *Caloenas* sp. 4. *Gr. Append.* - *Phlegaesnas rufigula*, *Bp.*) *Voy. au Pole sud*, t. 27. f. 1. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 259. f. 2597. ex *Oceania*, *Nova Guinaea*. *Similis* praecedenti, sed *sincipite albo-rufa*, *capite minime viridi*, et *subtus ex toto albido-cinnamomea*.

Purpureo-rufa; sincipite albo-rufa; nucha fusco-violacea, griseo hinc inde marginata; cervice late griseo-violacea: subtus ex toto cum genarum parte inferiore albo-cinnamomea; hypochondriis et tetricibus alarum inferioribus albis, nigro-variis: tetricum superiorum reetricumque lateralium apicibus griseis.

5. **COLUMBA erythroptera**, *Gm.* (*leucophrys*, *Forst.* - *Peristera erythroptera*, *Gr.* - *Peristera montana*, *Sw. nec L.* - *Tympanistria! erythroptera*, *Reich.*) *Forster*, *Icon. ined.* t. 156. - *Knip*, *Pig.* II. t. 55. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 257. b. f. 3383. ex *Otahiti*, *Emeu*, *Tanna*, *Bonnebace*, *Archipelag. Carolin.* *Fuliginosa; cervicis et interscapilii plumis tetricibusque alarum superioribus apice latissime ex rubro violaceo-cupreis; sincipite, superciliis latissimis, gula, jugulo, colli lateribus, pectoreque albis: cauda subtruncata, fusco-cinerea, fascia lata terminali nigra.*

Quid *Peristera pectoralis*, *Peale*, *Expl. Exped. Unit. Stat.* VIII. *Orn.* p. 205. t. 59. ex *Carlschoff una ex Ins. Coral. Archip. Paumotu?* *Similis* *Garnet-winged Pigeon*, *Lath. Gen. Hist.* VIII. p. 71. ex *Eimeo*. *Brunneo-ciocolatina; capite, collo, pectoreque fulvis; fronte albicante; nucha atro-purpurea: scapularibus aureo-olivaceis fusciscentibus: remigibus arcuatis, quarum tertia longissima, reetricibusque fusco-cinereis; pedibus magnis, brunneis; unguibus brevibus, recticulis.*

80. **PAMPUSANA**, *Bp.* 1853. (*Columba!* part. *Gr.*)

Ocean. 3.

1. **COLUMBA PAMPUSANA**, *Quoy et Gaim.* (*xanthura*, *Cuv. nec Temm.? nec Forst.* quae *Osmotreron*. - *rousseau*, *Temm.* - *Pampusana xanthura*, *Bp.*) *Voy. de l'Uranie.* t. 50. non 301. - *Knip*, *Pig.* II. t. 23. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 226. f. 1269. ex *Ins. Mariannis*.

- 2? **COLUMBA XANTHONURA**, *Temm.* err. (*Pampusana rousseau*, *Bp. ex Temm.*) *Pl. col.* 190. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 226. f. 1270. ex *Ins. Marchion.* *Similis* praecedenti; sed *major, magis variegata, et subtus valde dilutiore.*

3. COLUMBA **rubescens**, Vieill. (Pampusana rubescens, Bp.) *Nouv. Dict.* xxvi. p. 346. - *Krusenst. Voy. t. 17. ex Ins. Pacifici, Noukahiva.* Fusco-rubicunda; capite colloque cinereis: remigibus interne, reatricibusque externe ad basin; albis.
81. **Phaps**, Selby, 1835. (Peristera, Sw. 1837.) Rectricibus 16.
1. COLUMBA **chalconoptera**, Lath. (Peristera chalconoptera, Sw. - Phaps chalconoptera, Selby.) *Philips, Botany Bay. t. in p. 162. - White Journ. t. in p. 146. - Knip. Fig. i. t. 8. - Gould, Austr. v. t. 64. - Reich., Vög. Neuholl. sp. 15. - Reich., Syst. Av. t. 261. f. 1452, 1453. ex Austr. univers. Tasmania.* Fusco-cinerea plumis apice rufescentibus; subtus griseo-rufescens, pectore roseo-vinaceo: fronte antice flavescente cum linea infraoculari gulaque alba: tectricibus alarum maculis magnis cupreo-aureis in pogonio externo; inferioribus cum pennis axillaribus et margine interno remigum cinnamomeis: reatricibus lateralibus nigris fascia subterminali nigra.
2. COLUMBA **elegans**, Temm. (lawsoni, Sieber. - Peristera elegans, Sw. - Phaps elegans, Selby.) *Knip, Fig. i. t. 22. - Gould, Austr. v. t. 65. - Reich., Syst. Av. t. 261. f. 1454, 1455, 1456. ex Australia, Tasmania.* Rufo-olivacea; interscapilio humerisque castaneis; subtus ex toto coeruleo-grisea; fronte et mento luride cinereis; vitta hinc inde transoculari pileum cingente, gulaque castaneis; remigibus primariis externe vix rufo-limbatis, secundariis late marginatis; omnibus intus latissime cinnamomeis; tectricibus alarum majoribus aureo-cupreis; scapularibus oculo magno aureo-saphirino ornatis; tectricibus alarum inferioribus et pennis axillaribus cinnamomeis: reatricibus lateralibus omnibus cinereis, fascia subterminale nigricante.
3. PERISTERA **histrionica**, Gould. (hinc Phaps histrionica). *Gould, Austral. v. t. 66. - Knip, Fig. ii. t. 45. mas. t. 51. faem. - Reich., Syst. Av. t. 262. f. 1459, 1460. ex Australia.* Cinnamomea, subtus coeruleo-grisea; fronte, annulo genali, juguloque albis; occipite, genis gulaque nigerrimis confluentibus: remigibus cinereis, primis duabus exceptis, macula candida apicali; secundariis extus virescentibus aureo-violaceis; primariis rufo-limbatis, subtus interne late rufo-cinnamomeis: ventris lateribus cinnamomeis, tectricibus caudae inferioribus rufo-albidis; reatricibus lateralibus

omnibus griseis, fascia subterminali nigra, apicequo albis.

Juvenis: capitis coloribus fere indistinctis.

Quid COLUMBA MERIDIONALIS, Lath. (Phaps meridionalis, Gr.)

Suppl. ex Austr. Fusco-rubicunda, pectore paulo pallidior, dein coeteris corporis partibus inferioribus pallide rubicundo-albis: remigibus obscure fuscis; tectricibus minoribus 3-4. nigricante-purpureis: cauda brevi, cuneata; rectricibus apice acuticulis, duabus intermediis nigro-fuscis, fascia ante apicem nigra, caeteris fuscis, ante apicem lunulato-albis, externis extus totis albis: rostro nigro; pedibus rubris; iridibus fuscis; regione ophthalmica nudiuscula coerulescente-alba. Magnitudo Turturis auriti?

B. CHALCOPHAPEAE.

Elegantes. Alae minus breves: cauda rectricibus 12. tarsi minus elongati; pollice magis explicato. Minus terrestres.

Ad COLUMBIDAS praecipue TURTURINAS accedunt.

82. **Chalcophaps**, Gould, 1845. (Monornis, Hodgs. 1844. - Peristera, Sw. 1835. nec 1827.)

As. m. Oc. 6.

1. COLUMBA **indica**, L. (cyanocephala? sp. 56. nec sp. 20, Gm. - coeruleocephala? Lath. - cyanopileata, Bonnat. - superciliaris, part. Wagl. - Peristera indica, Sw. - Monornis perpulchra, Hodgs. - Chalcophaps indica, Gr.) Edw., B. t. 14. - Jacquin, Voy. p. 35. sp. 29. t. 16. - Reich., Syst. Av. t. 260. f. 1441, 1442. ex As. m. Burmania, Ceylan, China. Splendide viridis, fronte superciliisque angustis, albidis, vertice nuchaque coeruleo-canis; interscapilio, genis, gula, pectoreque, fusco-vinaceis; abdomine cinereo-rufescente, tectricibus caudae inferioribus fusco-cinereo castaneoque variis: tergo nigricante, fasciis binis violaceo-canis: tectricibus alarum minoribus castaneis, humeris tantum margine superiore maculis argenteo-cyaneis; tectricibus inferioribus cinnamomeis: remigibus fuscis, subtus et interne cinnamomeis: rectricibus nigricantibus; extima utrinque ad basin latissime grisea.

2. COLUMBA **javanica**, Gm. (superciliaris, part. Wagl. - Peristera bornensis, Mull. juv. - Chalcophaps indica, part. Gr. - Ch. javanica, Bp. - Palumbus amboinensis, Br.) Pl. enl. 177. juv. Orn. t. 15. f. 1. ex Java, Sumatra, Borneo, Amboina. Ins. Philippinis. Simillima praecedenti; sed superciliis albis, latis, magis protractis, fasciis dorsalibus magis

conspicuis; tergo rufescente et tectricibus caudae superioribus cinerascentibus: fascia alarum argenteo-cyanea ad apices tectricum minorum.

Adult. ex *Java interscapilio valde coerulante.*

Juv. ex *Borneo pileo dorso concolore fusco-castaneo; tectricibus alarum aeneo-viridibus unicoloribus.*

Specimina ex *Sumatra capite minus cyanescente; cauda brunnea.*

Specimina ex *Bema et Sumbava alis aeneo-brunneo micantibus.*

- * 3. **Ch. augusta**, Bp. (*indica* ex Ins. Nicobaricis? *Blyth.*) *Journ. As. Soc. Beng.* xv. 1846. p. 371? *Mus. Paris.* a Leclanchero 1844, ex *Patria ignota.* Fig. nulla. *Simillima* praecedentibus; sed occipite obscuriore, plumbeo; subtus vinacea, magis coerulans; fasciis dorsalibus parum conspicuis.

Minima; aureo-viridis; subtus cinereo-vinacea; fronte et superciliis obsoletis, albo-canis; occipite cervicæque fusco-cyaneis: interscapilio, gula, genis, pectoreque cyaneo-violaceis, tergi plumis basi plumbeis; uropygio nigricante; tectricibus alarum minoribus late cyaneo-violaceis, apice externo argenteo; inferioribus castaneis: remigibus fuscis, intus subtus rufescentibus: cauda rotundata nigra; tectricibus lateralibus basi obscure plumbeis; extima utrinque externe albicante: rostro robusto, flavo; pedibus rubellis, annulis nigris.

Augustae meae perspicacissimae dicata.

4. **COLUMBA JAVANICA**, Temm. quo ad figuram tantum, nec *Auct. (chrysochlora, Wagl. excl. patria. - Peristera chrysochlora, Auct. - Chalcophaps chrysochlora, Gould.) Knip, Fig. I. t. 26. excl. descript. - Gould, Austral. v. t. 62. - Reich., Syst. Av. t. 260. f. 1443, 1444. ex Austral. n. or. Similis* praecedentibus; sed major, dilutior; capite colloque ex toto rufo-violaceis: fronte superciliisque rufescentibus concoloribus caudae tectricibus fascia humerali latissima et alba; nigricantibus unicoloribus.

Juv. *sincipite tantum gulaque rufo-albicantibus.*

- 5? **Ch. longirostris**, Gould, *Australia Intr. sp.* 424. Fig. nulla. ex *Austral. s. Simillima* Ch. *chrysochlorae*, sed *mandibulis elongatis, coloribus vividioribus, fasciis uropygialibus magis conspicuis.*

Quid COLUMBA ALBICAPILLA, Gm. (griseo-capillata, Bonnat. pileata, Scopoli.) Sonner., Voy. t. 66. ex Ins. Philippinis. Viridis, subtus alba; pileo ex toto albicante?

6. **PERISTERA stephani**, Hombr. et Jacq. (albifrons, Temm. *Mus. Lugdun. - Chalcophaps albifrons, Bp.*

1849. ex Temm. - *Chalcophaps stephani*, Reich.)
Voy. au Pole sud, t. 58. f. 2. mas. - Reich., *Syst. Av.*
 t. 259. f. 2595. ex *Ins. Celeb. Nova Guinæa*
occ. Triton Bay. et Ins. Salomonis, praecipue
S. George. Purpurascens-vinacea, subtus dilutior;
 fronte late alba; occipite violaceo; cervice et intersca-
 pilio aureo-violaceis: tergo nigro-castaneo, fasciis dua-
 bus latis, cinnamomeis: tectricibus alarum minoribus
 violaceis apice concolore; mediis, majoribus, et remigibus
 tertiariis externe, viridi-auratis: cauda rotundata; rec-
 tricibus violaceo-rufis, subtus atris; lateralibus fascia
rostro brevi (4-pollicari) capite vix longiore, flavo, apice nigro; orbitis flavo-virentibus: pedibus nigris.

Quid ARDEA NIVEA, Cuv. Mus. Paris. a Leschenault. ex Pondicheri, Minor; rostro brevi, flavo, extremo tantum apice nigricante nisi, suadente Pucherano, juv. praecedentis?

Quid SPEC. AFRICANA, Mus. Paris. ex Afr. or. et occ. rostro ex toto flavo; plumis elongatis nullis?

6. ARDEA **flavirostris**, Temm. (magnifica, Verr. - flavirostris ex Capite bone spei, Wagl. - Herodias flavirostris, part. Gr. - Egretta flavirostris, Bp.) Osserv. Regn. Anim. Cuv. p. 100. sp. 3. - Wagl., Syst. Av. Ardear. sp. 9. - Gray, List. specim. Brit. Mus. III. p. 78. Figura nulla. - Mus. Paris. a Verreauxio, ex Afr. merid. Kat River. Candida; crista occipitali parva: plumis colli infimi elongatis, laxis, tenuissime decompositis; plumis dorsalibus praelongis, filiformibus, rectissimis: rostro brevi, loris, orbitis, tibiisque flavis; tarsis 4-pollicaribus pedibusque nigris.

7? ARDEA **melanopus**, Wagl. (nigripes, Temm. in Man. Orn. IV. p. 377. nec Bp. e specimine Temmincki aut potius van Hasselti quae Garzetta. - Egretta melanopus, Bp.) Isis. 1829. p. 659. Figura nulla. ex Insula Java. Similis praecedenti; sed paullo major et partium proportionibus diversa (Long. 26-poll. - Rostr. 2½ poll. - Tars. paullo ultra 3¼ poll.); capite laevi: rostro fusco, apice nigro, basi tantum cum loris flavo: pedibus omnino nigris.

Adult. colli imi, tergique plumis longissimis, fluitantibus.

8. ARDEA **intermedia**, van Hasselt, nec Schleg. quae E. egrettoides, Temm. (flavirostris, ex Java, Wagler, Syst. Av. - Egretta intermedia, Bp.) Wagl. in Iside 1829. p. 659. - Mus. Paris. a Bonaparte, specimen van Hass. ex Insula Java. Simillima praecedenti; sed valde minor (Long. 22½ pollic.); rostro longiore (3½ poll.) et plumis dorsalibus minus protractis. - Crista occipitali vix ulla: rostro flavo-citrino valido: pedibus nigris; tarso quadripollicari.

Adult. colli imi plumis numerosis elongatis, pendulis, radiis laxissimis, mollissimis; plumis dorsalibus elongatis, radiis filiformibus.

Juv. rostro fusco-flavido; plumis elongatis nullis.

Quid ARDEA TIMORIENSIS, Cuv. Mus. Par. a Lesueur. ex Oceania?

* * *Rostro nigro.*

9. ARDEA EGRETTEA, Rüpp. (*melanorhyncha*, Wagl. - *nivea*, *Aliquorum*, nec *Gm.* quae *Garzetta egretta*; nec *Lath.* quae *Garzetta candidissima*; nec *Cuv.* quae *Egr. egrettoides*, *Temm.* - *xanthodactyla*, *Bp.* an *Rafinesque*, *Caratt.* p. 5. sp. 3? nec *Gm.* - *Herodias alba*, *Gr.* *List. specim. Mus. Br.* 1844. nec *Auct.* - *Egretta nivea*, *Bp. Rev. Degland.* - *Egr. ruppelli*, *Bp. in litt.* - *Erodus victoriae*, 1842. hinc. *Egretta nigrirostris*? *Macgill. juv.* - *Egr. melanorhyncha*, *Hartl.*) *Hartl., Syn. Orn. Westafr.* p. 290. sp. 505. - *Macgill., Hist. Br. B. IV.* p. 460. f. 38. juv.? *ex Afr. or. et occ. Gambia, Senegallia*, accidentaliter *Europa praecique or. et occ. Sicilia, Dalmatia.* *Similis Egrettae albae; sed genis nudiusculis; crista occipitali vix ulla; plumis colli infimi longiculis, latis, apice obtusis, discretis: rostro pedibusque nigris; maxillae basi et regione anteoculari nuda, flavis.* *Long.* 3¹/₂ *pedatis.* *Rostr.* 5¹/₂ *poll.* *Alar.* 1¹/₂ *ped.* *Caud. vix semip.* *Plumar. dorsi* 1¹/₂ *ped.* *Tars.* 5³/₄ *poll.* *Tibiarum parte nuda* 5-*poll.*

Adult. *plumis dorsalibus etiam longioribus quam in Egretta leuce; quam in Egretta alba multo longioribus.*

10. ARDEA *modesta*, *J. Gr.* (*Herodias modesta*, *Gr.* - *Egretta modesta*, *Bp.*) *Descript. etc. in Zool. Misc.* p. 19. - *Hardw., Ill. Ind. Zool.* 1. t. 49. f. 1. - *Reich., Syst. Av. t. 162. f. 2408. ex As. centr. et or. Nepaul. Mus. Paris.* a *Montigny, ex China septentrionali.* *Candida; colli plumis imi brevibus, latis, rotundatis; dorsalibus praelongis, ultra caudam valde protractis, radiis laxissimis tenuibus, decompositis: rostro longiculo, robustulo, apice subincurvo, nigricante; loris, maxillae basi et fascia basilari mandibulae viridibus: tibiis tarsorumque lateribus cinereo-rufescentibus, scutulis anticis et posticis digitisque nigerimis.* *Long.* 2¹/₂ *ped.* *Rostr.* 5-*poll.* *Tibiar.* 4-*poll.* *Tars.* 4¹/₂ *poll.* *Digit. med.* 3¹/₂.

11. ARDEA *nigrirostris*, *J. Gr.* (*Herodias nigrirostris*, *Gr.* - *Egretta nigrirostris*, *Bp.*) *Descr. of three new Herons discov. by Gen. Hardwicke in India, Zool. Miscell.* 1838, p. 19. - *Hardw., Ill. Ind. Zool.* 11. t. 49. f. 2. - *Reich., Syst. Av. t. 162. f. 2409. ex As. m.* *Candida; colli imi plumis elongatis, semipedalibus, tergi pedalibus, ultra caudam valde protractis, radiis tenuissimis, laxis, decompositis: rostro nigro; a basi maxillae ultra nares cum loris et margine basilari mandibulae viridi-flavo:*

pedibus omnino nigris. Long. pedalis. Rostr. 4-pollic. Tars. 4½ poll. Digit. med. 3½ poll.

Quid ARDEA TORRA adult. et ARDEA PUTEA juv., Buchanan, ex Asia meridionali?

112. **Garzetta**, Bp. ex Kaup. 1829. (Herodias part. *Gr.* - Egretta, part. *Hartl.*) Rostrum longulum, gracillimum, minus compressum, HERODIACEUM, nigrum: pedes longi; tibiae valde denudatae. Minores. Candidae, unicolores in omni tempore et aetate: tergi plumae elongatae, quadriseriales.

Cosmop. 6.

a. ORBIS ANTIQUI.

1. ARDEA GARZETTA, L. (*egretta*, Br. - nivea, S. G. *Gm. nec Lath.* quae G. candidissima. - xanthodactyla, *Gm. juv.* - alba minor, *Aldrov.* - Garzetta, *Ray.* - Herodias garzetta, *Boie*, 1822. - H. garzetta, jubata et nivea, *Brehm.* - Erodus garzetta, *Macgill.* - Egretta garzetta, nunc Garzetta egretta, *Bp.*) *Belon, Portr. Ois. t. 46. b.* - *Aldr. Orn. III. p. 389. t. 391. nec t. 395.* quae Egretta alba. - *Gesn. Av. 214. Marsigl. Danub. v. p. 14. t. 5.* - *Gerin. St. Ucc. IV. t. 425. 424.* - *Nov. Comm. Petrop. xv. p. 458. t. 17. Buff., Ois. VII. p. 372. t. 20. nec Pl. enl. 901.* quae G. candidissima. - *Penn. Brit. Zool. II. App. t. 7.* - *Id. edit. 1812. II. p. 21. t. 6.* - *Bewick, Br. B. II. f. in p. 45.* - *Lewin, Br. B. IV. t. 119.* - *Donov., Br. B. t. 98.* - *Walcot, II. t. 150.* - *Graves, Br. Orn. II. p. 21.* - *Yarr. Br. B. II. f. in p. 522.* - *Naum., Vög. Nachtr. t. 47. f. 92. faem. adult.* - *Id. Vög. Deutschl. IX. p. 101. t. 225.* - *Hahn, Deutschl. Vög. t. 26.* - *Roux, Orn. Prov. II. t. 515.* - *Bouteille, Orn. Dauphiné. II. p. 132. t. 50. f. 1.* - *Gould, Birds. of Eur. t. 77.* - *Reich., Syst. Av. t. 164. f. 1033. juv. 1034. ad. 1035. ad. nupt. temp.* - *Calwer, Wirbelth., t. 7. f. 18. ex Eur. m. et or. As. occ. Afr. s. occ. et m. Gambia. Occipite cristato: rostro quadripollicari pedibusque nigris; loris virescentibus; tarso longitudine rostri; digitis luteis.* Adult. *crista occipitali parva e plumis duabus vel tribus praelongis, subulatis, radiis compactis: plumis colli imi elongatis, numerosis, angustis; tergi longissimis, laceris, apice tantum sursumflexis: rostro nigro; pedibus flavicantibus. Longit. vix bi-pedalis.* Juv. et pennas mutans *plumis elongatis nullis.* Specimina adult. *Mus. Paris.* a *Guislain*; ex *Afr. occ. rostro fusco-flavido.*

2. ARDEA **orientalis**, J. Gr. (Hérodias orientalis, Gr. - Egretta orientalis, Auct. nec Bp. quae Egretta melanorhyncha. - Garzetta orientalis, Bp.) Descr. etc. in Zool. Misc. p. 20. - Hardw., Ill. Ind. Zool. 1. t. 63. - Reich., Syst. Av. t. 161. f. 2403 et 2404. ex As. m. or. Nepal. Nivea; capite laevi, plumis elongatis nullis; colli imi plumis elongatis, lanceolatis; tergi decompositis, radiis laxis, corpore longioribus, recurvis: rostro gracili, nigro; loris mandibularum basi flavo-virentibus: pedibus uniformiter nigris, digitis flavido-carneis. Long. vix sesquipedal. Rostr. $3\frac{1}{4}$ poll. Tibiar. $2\frac{1}{3}$ poll. Tars. vix 4-poll. Digit. med. $2\frac{1}{2}$ pollic.
3. ARDEA **nigripes**, Temm. excl. Man. Orn. iv. p. 377. quae Egretta melanopus. (Herodias garzetta, var. Blyth. - Garzetta nigripes, Bp. ex specimine typico Temmincki aut potius van Hasselti.) Mus. Paris. a Coll. Bonap. ex Malasia, Java. Simillima praeced.; sed valde minor; rostro gracillimo; pedibus nigris. Adult. crista vix ulla, plumis elongatis nullis; colli plumis imi valde elongatis, subulatis; plumis dorsalibus filiformibus, caudae apicem haud attingentibus.
4. HERODIAS **immaculata**, Gould. (H. garzetta junior Novae-Hollandiae, Blyth. - Garzetta immaculata, Bp.) Austr. vi. t. 58. - Reich., Vög. Neuholl. sp. 326. - Id. Syst. Av. t. 161. f. 2405. 2406. ex Australia s. Simillimu Garzetae egrettae; sed minor; crista nulla; rostro basi flavo-cinereo; pedibus nigris, digitis subtus virescentibus.

b. AMERICANAE.

5. ARDEA **candidissima**, Gm. (nivea, Lath. nec Gm. quae Garzetta egretta. - alba minor, Bartr. - carolinensis, Ord. - aequinoctialis? Gm. part. nec L. - Herodias candidissima, Gr. - Egretta nivea, Caban. nec Auct.-Egr. candidissima, nunc Garzetta candidissima, Bp.) Pl. enl. 901. - Jacq. Voy. p. 18. sp. 13. - Azara, Parag. sp. 349. 350. 351. - Wils. Am. Orn. vii. p. 120. t. 62. f. 4. - Aud. Am. B. t. 242. - Orn. Biogr. III. p. 317. et v. p. 606. - Id. 8^o edit. vi. p. 163. t. 374. mas ad. - Reich., Syst. Av. t. 164. f. 1031. 1032. ex Am. s. et m. Occipite cristato: rostro, basi supra flavo, mandibula basi et ipsa nigerrima: pedibus nigris; loris flavis; tarso vix quadripollicari; digitis luteis. Adult. cristae magnae, et imi colli plumis elongatis, nu-

*merosis, pendulis, radiis laxissimis, mollissimis; dorsali-
bus numerosis, longissimis, caudam vix excedenti-
bus, valde recurvis, radiis elongatis, laxis, nutantibus.*
Juv. et Avis pennas mutans plumis elongatis nullis.

6? ARDEA *ohula*, Gm. ex Molina. (lactea? Less. ex Cayenna.) *Hist. Nat. Chili*. p. 207. *Simillima* praecedenti; sed major; basi mandibulae flava; tarsis brevioribus.

115. **Herodias**, Bp. ex Boie, nec Caban. (Demigretta! Blyth. Hemi-egretta! - Egretta, part. Hartl. - Herodias, part. Gr.) Rostrum elongatum, gracile: collum elongatum: pedes longi; tibiae valde denudatae.

Similes GARZETTIS; sed colores, saltem in adultis, obscuri.

As. Afr. Oc. Am. 18?

* Oceanicae.

1. ARDEA *novae-hollandiae*, Lath. nec Vieill. (leucops, Wagl. - Herodias novae-hollandiae, Gr.) *Ind. Orn.* II. p. 701. - Gould, *Austr.* VI. t. 53. - Reich., *Syst. Av.* t. 154. f. 2398. a specim. f. 2399. a Gouldo. ex *Austr. n. Tasmania. Majuscula*; ardesiaco-sublacinata; fronte et superciliis latissimis, cum gula conniventibus, albis; plumis occipitalibus longiculis; subtus cano-vinacea: rostro nigerrimo, subtus basi flavida.

2. **H. picata**, Gould. (Ardea picata, Aliq. - Agamia picata, Reich.) *Proceed. Zool. Soc.* XIII. p. 62. - *Austr.* VI. t. 62. - Reich., *Vög. Neuholl.* sp. 328. - *Id. Syst. Av.* t. 161. f. 2401. 2402. ex *Austr. Tasmania. Nigro-ardesiaca*; crista occipitali protracta, acutissima; gula, collo undique infra supraque, pectoreque candidis; plumis jugularibus elongatis, plerisque albo nigroque dimidiatis: rostro pedibusque flavo-virentibus.
Long. 1½ ped.

Juv. subtus omnino alba.

3. **H. pannosa**, Gould. (Ardea pannosa, Aliq.) *Proceed. Zool. Soc. Nov.* 1847. - *Austr.* VI. t. 59. - Reich., *Vög. Neuholl.* sp. 251. - *Id. Syst. Av.* t. 160. f. 2675. ex *Austr. Nigricante-ardesiaca*; gula pure et late alba: rostro fusco-corneo, subtus et in basi flavicante: iridibus flavissimis: pedibus nigris, digitis cinereo-flavidis.

Adult. crista occipitali, plumis juguli acuminatis et dorsali-
bus diffractis, ardesiacis vix ditioribus.

4. ARDEA *asha*, Sykes. (Demigretta asha, Blyth. - Herodias asha, Bp.) *Proceedings Zool. Soc.* 1832.

II. p. 157. sp. 171. Figura nulla. ex *As. m. Dukhun*.
Affinis H. *pannosae* *Novae Hollandiae*. *Ardesiaca*, in
 dorso *brunnescens*; *subtus cum gula, linea jugulari et*
tectricibus caudae inferioribus candidis: tectricibus
alarum remigibusque tertiariis albo-limbatis: rostro
corneo; iridibus flavis; pedibus nigro-virescentibus.
Long. 1½ ped. Caud. 3-poll.

5. ARDEA **novae-guineae**, Gm. (nigerrima, Wagl. -
 Herodias novae-guineae, Bp.) *Pl. ent.* 926. - *Lath.*
Syn. III. I. p. 72. sp. 35. - *Buff.*, *Ois.* VII. p. 394. -
Reich., *Syst. Av. t.* 157. f. 472. ex *Nova Guinea*.
Minor; nigra, unicolor; capite laevi; loris virescen-
tibus; rostro, iridibus, pedibusque flavis.

6. ARDEA **atra**, Cuv. nec Gm. quae europaea! (gularis
 ex *Ins. Mariannis*, *Less. Mus. Paris.* adult. - A. gar-
 zetta ex *Mariannis*, *Mus. Paris.* juv. - Herodias atra,
 Bp.) *Pucheran*, *Rev. Zool.* 1851. p. 375. - *Mus.*
Paris. a Quoy et Gaim. ex *Ins. Mariannis*. *Nigro-*
ardesiaca, gula concolore; plumis occipitalibus, jugu-
laribus, dorsalibusque longiculis: rostro elongato, recto,
flavido-corneo, apice subhiante: pedibus fusco-virentibus.
Juv. candida: rostro flavo.

7. ARDEA JUGULARIS, Forst. (**sacra**, Gm. - coerulea,
 var.? *Lath.* - motook? *Vieill.* - Egretta sacra, Sw. -
 Herodias jugularis, Gr. - Herodias sacra, Bp.)
Icon. ined. t. 114. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 127. f. 2451.
 2452. adult. ex *Ins. Otahiti, et aliis Insulis*
intra Tropicos Oceani Pacifici. Nova Ze-
landia? Cinereo-coerulea; occipite cristato; jugulo
secus medium albo: rostro incrassato, fusco, subtus,
apice, pedibusque flavis.

Junior plumis coeruleo-cinereis et albis varia.

Juvenis ex toto candida.

8. ARDEA JUGULARIS, Blyth, nec Forst. quae H. sacra; nec
 Gould, adult. quae H. greyi. (Demiegretta **concolor**,
 Blyth. - Egretta jugularis? Caban. - Herodias ju-
 gularis, Gr. - H. concolor, Bp.) *Notes on the Fauna*
of the Nicobar Islands, in Journ. As. Soc. xv. 1846.
 p. 376. nov. sp. - *Id. Cat. Calc. Mus.* p. 280. sp. 1643.
 ex *Malasia, Sumatra, Java, Arracan, Asia m.*
Ins. Nicobar. Similis H. *ashae*; sed *pedibus oliva-*
ceis, valde brevioribus.

Fusco-ardesiaca, unicolor, vix linea gulari alba; plu-
mis dorsalibus et jugularibus elongatis, strictis; crista
occipitali vix ulla: rostro fusco flavidoque nebulato.

9. **HERODIAS greyi**, Gr. (jugularis adult. et greyi juv. Gould.) *List. Specim. B. Br. Mus.* III. p. 80. - *Austr. B. VI. t. 60.* adult. et t. 61. juv. - *Reich., Syst. Av. t. 160. f. 2673. 2674.* - *Id. Vög. N. H. sp. 542. ex Australia. Nigro-ardesiaca; occipite laevi; plumis jugularibus et dorsalibus acute lanceolatis, sed via protractis, nec divaricatis: mento, lineaque secus medium juguli ochracea sive alba: rostro lorisque ex virescente plumbeis; pedibus dilutioribus.*
 Juv. candida: rostro-strumineo, apice fuscescente; orbitis, loris, pedibusque dilute viridibus; soleis luteis.

** *Africanae.*

10. **ARDEA gularis**, Bosc. (albicollis, Vieill. - Egretta albicollis, Caban. - Egretta gularis, Hartl. - Herodias gularis, Bp.) *Auct. Soc. Hist. Nat. I. p. 4. t. 2.* - *Meyer, Zool. Ann. I. p. 149. t. 1.* - *Vieill. Gal. Ois. t. 253.* - *Enc. Method. p. 1113.* - *Wagl. Syst. Av. Ard. sp. 19.* - *Id. in Iside 1829. p. 661.* - *Mus. Hamburg. et Mus. Brit. a Rendallo, ex Afr. occ. Senegambia, Ins. S^{ti} Thomae; et or. Abyssinia. Fusco-plumbea; gula abrupte candida; plumis occipitalibus et jugularibus elongatis, pendulis; dorsalibus longissimis, lacris, pogoniis diffractis: rostro acutissimo, flavido; loris nudis; pedibus nigris.*
 Juv. ex toto alba.
11. **ARDEA ardesiaca**, Wagl. (gularis faem. Vieill. - Egretta ardesiaca, Hartl. - Herodias ardesiaca, Bp.) *Syst. Av. Ard. sp. 20.* - *Vieill. Nouv. Dict. XIV. p. 409.* - *Rev. Zool. 1853. p. 291.* Figura nulla. *Mus. Paris. ex Senegal. Mus. Taurin. a Brun Rollet, ex Nilo albo. Ex toto ardesiaca; plumis dorsalibus elongatis nullis: rostro, loris, pedibusque nigris.*
12. **ARDEA schistacea**, Licht. (gularis, Wagl. 1829. Rüpp. nec Bosc. - albigularis? Rüpp. in litteris. - flavirostris, Aliq. juv. - Lepterodias schistacea, Ehrenb. - Herodias schistacea, Gr. - Egretta schistacea, Caban.) *Symbolae Phys. Av. t. 6. adult.* - *Reich., Syst. Av. t. 157. f. 475. adult. 476. jun. 477. juv.* - *Mus. Francof. et Paris. ex Arabia, Abyssinia. Fusco-ardesiaca; gula candida; orbitis flavescentibus: rostro valde elongato, subincurvo, acutissimo, basi supra fusco: pedibus flavis; tarsis superioribus, tibiisque nigricantibus. Longit. ultra bipedalis. Rostr. $4\frac{1}{4}$ pollic.*

Mas adult. *plumis occipitalibus elongatis.*

Juv. *ex toto candida: rostro flavido.*

Quid HERODIAS AFFINIS, Gr. (Ardea affinis, Auct. - Egretta affinis, Hartl.) *List. of Specim. Br. Mus.* 1844. p. 79. - Hartl. *Syn. Orn. Westafr.* p. 290. sp. 509. Fig. nulla. *Mus. Britann. a Rendallo ex Africa occ. Similis* H. *coeruleae ex America?*

13. ARDEA **calceolata**, Dubus. (Herodias calceolata, Hartlaub.) *Bulletin Acad. Bruxelles*, 1837. iv. p. 39. t. 5. - Less., *Compl. Buff.* ix. p. 457. - *Mus. Brux.* *ex Guinea*; *Mus. Paris.* a Delalando, *ex Cap. Bon. spei. Minor*; *nigra*; *plumis occipitalibus elongatis, pendulis*; *dorsalibus et jugularibus longissimis, subulatis, nigris, uti pulverulentis: rostro gracillimo, nigerrimo*; *spatio anteoculare nudo, pedibusque flavis.*

*** Americanae.

14. ARDEA **rufescens**, Gm. (*rufa*, Bodd. - *pealii*, Bp. juv. - Egretta pealii, Bp. 1827. jun. - E. rufescens, Bp. adult. - Herodias rufescens, Gr.) *Pl. enl.* 902. adult. - *Penn. Arct. Zool.* ii. p. 447. sp. 348. - Lath. *Syn.* iii. i. p. 88. sp. 56. - Aigrette rousse, *Buff. Ois.* vii. p. 378. - *Bp. Am. Orn.* ii. t. 26. f. 1. juv. - *Aud. Am. B. t.* 571. *Orn. Biogr.* iii. p. 411. et v. p. 604. - *Id.* 8^o. edit. vi. p. 139. t. 571. f. 1. adult. f. 2. juv. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 157. f. 478. adult. *ex Buff. et t.* 156. f. 2430. adult. et f. 2431. juv. *ex Audubon. ex Am. s. calid. Mexico. Plumbeo-coerulea*; *capite colloque rufo-castaneis*; *plumis dorsalibus et jugularibus valde explicatis: rostro, apice nigro, orbitis, lorisque carnis.*
Jun. *nuptiarum tempore, candida*; *occipite dense cristato*; *cristae magnae et colli plumis imis numerosis, elongatis, acuminatis, radiis compactis*; *dorsi plumis elongatis, ultra caudam productis, rectis, radiis filiformibus: rostro carneo, apice, pedibusque nigris*; *digitis subtus luteis*; *tarsis ultra 5-pollicari.*
Juv. et Avis *pennas mutans plumis elongatis nullis.*
- * 15. **H. poucheti**, Bp. (*coerulea*, Reich.) *Reich.*, *Syst. Av. t.* 157. f. 481. - *Mus. Paris. ex Am. m. Simillima* H. *coeruleae*; *sed major, et rostro validiore basi flavo-carneo, nec omnino nigro.*

16. ARDEA **coerulea**, L. (*cyanopus*, Gm. *adolescens*, nisi juv. H. *leucogastris*. - *plumbea*, Brown. - *chalybaea*, Steph. - *americana cinerea*, Br. junior. - *nivea?* Gosse. - *Cancerophagus coeruleus*, Br. adult. - Her. *coe-*

rulea, *Gr.* - *Egretta coerulea*, *Caban.*) *Pl. enl.* 349. - *Brown*, *Jamaica*, p. 478. - *Ray*, *Av.* p. 189. sp. 3. - *Sloane*, *Jam.* p. 315. t. 265. f. 3. - *Catesby*, *Carol.* I. t. 76. - *Br. Av.* v. p. 484. sp. 42. - *Buff.*, *Ois.* VII. p. 399. - *Penn. Arct. Zool.* II. p. 448. sp. 351. - *Lath. Syn.* III. I. p. 78. sp. 45. - *Wils. Am. Orn.* VII. p. 117. t. 62. f. 3. adult. - *Aud. Am. B.* t. 507. - *Orn. Biogr.* IV. p. 58. - *Id.* 8^o. edit. VI. p. 148. t. 572. f. 1. mas adult. 2. juv. ex *Am. s. et m. Florida*, *Cayenna*. *Cyaneo-ardesiaca*; *occipite cristato*; *plumis elongatis cristae decompositis*; *tergi collique plumis elongatis acuminatis*; *capite colloque ex atro purpureo-vinaceis*; *rostro atro-cyaneo*, *apice nigro*; *loris cyaneis*; *iridibus stramineis*; *pedibus nigris*.

Jun. capite laevi colloque corpore concoloribus.

Juv. ex toto alba; *remigum apicibus fusco-cyaneis*; *rostro plus minus flavido*, *apice aut maxilla tantum virescente-nigra*; *pedibus flavo-cinereis*.

17. ARDEA LUDOVICIANA, *Wils. nec L. (Leucoprymna, Licht. - Egretta ruficollis? Gosse. - Egr. ludoviciana, Bp. 1838. - Egr. leucoprymna, Caban.) Wilson, Am. Orn.* VIII. p. 13. t. 64. f. 1. - *Aud. Am. B.* t. 217. - *Orn. Biogr.* VI. p. 137. et v. p. 605. - *Id.* 8^o. edit. VI. p. 156. t. 575. mas ad. - *Ill. B. of Jamaic.* t. 95. juv. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 157. f. 180. adult. et t. 149. f. 2568. juv. - *Nomenclator Av. Mus. Berol.* 1855. p. 89. ex *Am. s. calid. Mexico, Antill. Similis H. leucogastro*; *sed major. Plumbeo-ardesiaca*; *cristata*; *subtus cum dorso uropygiogue alba*; *plumis colli elongatis*, *tergique setaceis*, *purpurascens*.

Juv. plumis fluentibus nullis; *collo supra rufescente*, *hinc inde longitudinaliter albo*; *alis rufescente bivittatis*.

18. ARDEA *leucogaster*, *Gm. (caerulescens? Lath. nec Vieill. junior. - Egretta leucogastra, Caban. - Herodias leucogastra, Gr.) Pl. enl.* 350. - *Lath. Syn.* III. I. p. 88. sp. 57. - *Demi-Aigrette, Buff.*, *Ois.* VII. p. 378. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 157. f. 479. ex *Am. m. Cayenna. Long. via bipedalis*; *plumbeo-atra*; *subtus alba*; *crista occipitali plumis duabus valde elongatis*; *tergi plumis longissimis*, *angustis*, *pendulis*, *rufis*; *rostro*, *loris*, *pedibusque flavis*.

- * 114. **Bubulcus**, *Puch. (Herodias, part. Blyth. - Buphus, part. Caban. - Ardeola, part. Harl. - Botaurus, part. Macgill.) Rostrum breve*, *subincurvum*; *color albus rufo tinctus*.

As, Afr, Eur. 5.

1. ARDEA **ibis**, Hasselq. (bubulcus, Savigny. - aequinoctialis, Montag. nec Gm. - lucida, Rafn. - coromandelica, Licht. - veranyi, Roux. - russata, Wagl. part. nec Temm. - Ardeola bubulcus, part. Gr. - A. veranyi, Reich. - Bubuleus coromandelicus, part. Caban. - Buphus russatus, part. Auct. - Bubulcus veranyi, hinc B. ibis, Bp. - Ardea candida minor, Briss.) It. p. 248. - Will. Orn. p. 280. - Ray, Av. p. 99. sp. 6. - Br. Av. v. p. 438. sp. 20. - Buff., Ois. VII. p. 371. - Descr. Egypt. Zool. I. p. 298. t. 8. f. 1. juv. - Roux, Orn. Prov. II. p. 316. t. 316. adult. nupt. temp. - Licht. Verz. p. 73. 796. - Selby, Br. Orn. II. p. 24. - Reich., Syst. Av. t. 167. f. 1073. - Yarr. Br. B. II. fig. in p. 526. ex Afr. s. occ. et m. Gambia, Ins. Stⁱ Thomae; accidentaliter Europa m. Alba; pileo, jugulo, tergoque dilute rufo-cinnamomeis; plumis occipitalibus longiculis, fere piliformibus, subpendulis; jugularibus longis, subulatis; dorsalibus longissimis, filamentosis: rostro, spatio nudo ante oculos, pedibusque flavis.
- Jun. pileo tantum griseo-rufescente.
Juv. ex toto albus.

- * 2? ARDEA **ruficrista**, Verr. (Bubulcus ruficrista, Bp.) Mus. Paris. a Rousseau, ex Madagascar, Zanzibar? Similis praecedenti; sed minor, rostro brevior; crista occipitali e plumis elongatis aurantio-cinnamomeis; plumis dorsalibus valde minus elongatis.

3. ARDEA COMATA var. β ! Gm. (ruficapilla et bicolor? Vieill. - coromandelensis, Steph. nec Gm. quae Anastomus oscitans. - russata, Temm. - coromandelica, Auct. - affinis, Horsf. - caboga, Sykes. - coromanda, Bodd. nec Licht. quae B. ibis. - Herodias bubulcus, Blyth, nec Auct. - Egretta russata, Sw. - Erodus russatus, Macg. - Buphus coromandus, Gr. - B. coromandelicus, part. Caban. - Bubuleus coromandelicus, Bp.) Pl. enl. 910. - Buff., Ois. VII. p. 393. - Cont. Shaw's Zool. XI. II. p. 577. - Vieill., Nouv. Dict. XIV. p. 409. - Gould, B. Eur. t. 278. minime europaea. - Reich., Syst. Av. t. 150. f. 492. adult. et t. 157. f. 474. adolescens, ex Asia m. et or. Malasia vix Europ. quamvis or. Similis praecedentibus; sed colore rufo vividiore, subaurato, magis extenso; orbitis haud denudatis; tarsis valde longioribus; digitis plumbeis.

115. **Buphus**, Boie. (Ardeola, Gr. ex Boie, nec Bp. - Ar-

delta, part. *Gould.*) Rostrum elongatum, gracile, acutum: pedes breves; tibiae fere ex toto plumosae: cauda brevissima, reetricibus 12!

Cosmop. 5.

* ORBIS ANTIQUL. *Plumis dorsalibus fluentibus.*

1. ARDEA **comata**, *Pall.* (ralloides, *Scopoli.* - castanea, pumila et marsigli, *Lepechin.* - marsigli, squajotta, senegalensis, et erythropus, *Gm.* - botaurulus, *Schr.* - B. comatus, castaneus, ralloides et illyricus, *Brehm.* - audax, *Lapeyr.* - Buphus castaneus, *Caban.* - B. comatus, *Bp.* - Egretta comata, *Sw.* - Botaurus comatus, *Macgill.* - Ardeola ralloides, *Boie.* - A. comata, *Gr.* - Cancrophagus, rufus et C. lacteus, *Br.* - C. ralloides, *Kaup.*) *Pl. col.* 515. juv. et 548. adult. - Squacco, Cerris et Squaiotta, *Ray, Av. p.* 99. *sp.* 7. 8. et 9. - *Will. Orn. p.* 281. *sp.* 8. et 9. *t.* 50. - *Lath., Syn. III. I. p.* 74. *sp.* 36. 38. 39. et 40. - *Br. Av. v. p.* 472. *sp.* 33. 35. et 37. - *Buff., Ois. VII. p.* 390. 392. et 393. - *S. G. Gm. Nov. Comm. Petrop. XV. p.* 454. *t.* 15. - *Id. Itin. III. p.* 715. *sp.* 31. - *Naum. Vög. Deutschl. IX. p.* 120. *t.* 124. - *Lepech. in N. Comm. Petrop. XIV. p.* 502. *t.* 14. *t.* 1. - *Penn. Br. Zool. II. p.* 26. - *Selby, Br. Orn. II. p.* 25. - *Yarr., Br. B. II. f. in p.* 533. - *Gould, Eur. B. t.* 275. - *Reich., Syst. Av. t.* 150. *f.* 493-494. b. - *Calw. Wirbth. Deutschl. t.* 7. *f.* 19. *ex Eur. praecipue m. et or. Afr. s. praecipue occ. Dilute rufa; pileo, cerviceque ochraceo-flavidis, nigricante striatis; plumis nuchalibus 8-10 elongatis, albidis, atro-bilineatis; subtus et in tergo plumis laceris pendulis, pallide castaneis; uropygio, atis, caudaque candidis: rostro coeruleo, apice nigro.*
2. ARDEA **malaccensis**, *Gm.* (leucoptera, *Bodd. nec Vieillot, nec Wagler.* - grayi, *Sykes, adult.* - Ardeola leucoptera, *Gr.* - Buphus malaccensis, *Caban.*) *Pl. enl.* 911. juv. - *Buff., Ois. VII. p.* 324. - *Lath. Syn. III. I. p.* 78. *sp.* 44. - *Hardw., Ill. Ind. Zool. I. t.* 48. adult. - *Reich., Syst. Av. t.* 150. *f.* 500. juv. *ex Buff. t.* 50. *f.* 2397. adult. *ex Hardwicke. Alba; capite, collo, pectore, scapularibusque sordide flavescence-albidis immaculatis; plumis occipitalibus 3-5 elongatis, linearibus, candidis; dorso atro-castaneo, tergi plumis purpureo-badiis: rostro flavescence, apice nigro: pedibus fusco-carneis. Long. 1½ pedal.*
Juv. alba; capite colloque undique gula excepta fusco flum-

mulatis; dorso et remigum tertiarum apicibus brunneo-fuscis.

5. ARDEA **speciosa**, Horsf. (*Ardeola speciosa*, Gr. - *Buphus speciosus*, Bp.) *Trans. Linn. Soc.* XIII. p. 189. - *Id. Zool. Res. Jav.* VII. fig. bona. - Reich., *Syst. Av. t.* 158. f. 1025? *ex Malasia. Candida; capite colloque anterieus pallide ochraceis; inferius sensim obscuriore; dorso nigro-ardesiaco: plumis occipitalibus quatuor elongatis, angustis, pendulis; juguli plumis pendulis, latis, rotundatis, laceris, fulvo-ferrugineis; plumis nigris dorsalibus praelongis, laceris, subfiliformibus: rostro flavo, basi supra virescente, apice nigro; pedibus carneis.*

- *4. **B. bacchus**, Bp. *Mus. Paris.* a Barbo, *ex Peninsula Malacca. Similis* praecedentibus et praesertim *B. specioso; sed collo obscure vinaceo, ob plumarum apices; dorsi plumis valde elongatis, nigro-ardesiacis.*

Juv. minor; rostro valde brevior; pileo cerviceque etiam albicantibus, minime striatis; interscapilio tantum plumis elongatis, laceris, intense castaneis.

** AMERICANUS. *Plumis dorsalibus fluentibus nullis.*

Cum AGAMIA ad PILHERODIUM analogiam, minime vero affinitatem clamat.

5. ARDEA **sibilatrix**, Temm. (cyanocephala, Vieill. *nec Gm.* - *Nycticorax! sibilatrix, Caban.* - *Agamia sibilatrix, Reich.* - *Buphus sibilatrix, Bp.*) *Pl. col.* 265. - *Azara, Parag.* III. p. 169. *sp.* 356. - Reich., *Syst. Av. t.* 159. f. 159. *ex Am. m. Griseo-ardesiaca; pileo, crista occipitali, alarum margine, remigibusque nigro-ardesiacis; macula magna postoculari rubra; collo undique, plumis juguli filiformibus, apicibusque plumarum cristae cinereo-flavidis: tectricibus alarum superioribus rufis, rachidibus nigris: subtus cum tectricibus alarum inferioribus, caudalibus infra supraque, rectricibusque albis: rostro basi flavo, in medio nigro, apiceque fusco; pedibus nigris.*

116. **Agamia**, Reich. (*nec Agami, Buff.* - *Ardea part. Gr.* - *Herodias! part. Caban.*) *Rostrum longissimum acuminatum: tibiae fere ex toto vestitae. Colores variopicti.*

Am. m. 1.

- ARDEA AGAMI, Gm. (*fusca? Lath. nec Blyth. juv.* - *Herodias agami, Licht.* - *Nycticorax agami, Aliq.* - ***Agamia picta***, Reich.) *Pl. enl.* 859. ad. 858? *juv.* -

Buff., Ois. VII. p. 382. - *Lath. Syn.* III. I. p. 87. sp. 70. - *Syst. Av.* t. 157. f. 471? juv. t. 158. f. 1026. 1027. adult. nupt. temp. et t. 159. f. 470. juv. ex *Am. m. Brasil. Cayenna.* Intense viridis; subtus ex virescente rufa; pileo, fascia postoculari, lineaque mediana cervicali, nigris; crista occipitali e plumis densis, valde elongatis, juguli plumarum fasciculis tergitique valde elongatis ex cano griseis; gula alba; colli lateribus pectoreque albo variegatis; remigum rectricumque cyaneo-ardesiaceis: rostro nigro, inferne ad basin fusco-corneo; pedibus nigris.

117. **Butorides**, *Blyth.* (*Ardetta*, part. *Gr.* - *Egretta*, part. *Sw.* - *Herodias*, part. *Hartl.* - *Nycticorax*, part. *Hempr.*) Pedes breves; tibiis fere omnino plumosis; digitis haud elongatis, interno brevissimo! Collum breve, crassulum. *Ralliformes.* As. Afr. Am. Oc. 10.

* *Americanae.*

1. ARDEA **virescens**, et striata? *L.* (torquata, *Gm.* - virgata, *Gm.* juv. - virescens var. b. *Gm.* jun. - virescens, var. a. *Lath.* juv. nec faem. - virescens, var. γ . *Gm.* et *Lath.* juv. - ludoviciana, *Gm.* nec *Wils.* quae *Herodias leucopyrma.* - *Agamia virescens*, *Reich.* juv. - *Cancrophaga viridis*, adult. et *Botaurus americanus naevius*, *Br.* - *C. viridis naevius*, jun. *Br.* - *Egretta virescens*, *Sw.*) *Pl. enl.* 909. adult. et 912. juv. - *Catesby, Car.* I. t. 80. adult. t. 79. juv. - *Sloane, Jamaic.* p. 315. sp. 5. t. 265. f. 2. juv. *Miller, Ill.* t. 56. juv. - *Buff.*, Ois. VII. p. 405. 407. et 428. - *Penn. Arct. Zool.* II. p. 448. sp. 350. et p. 444. sp. 349. - *Lath. Syn.* III. I. p. 81. sp. 47. et p. 68. sp. 30. - *Br. Av.* V. p. 486. sp. 43. t. 58. f. 1. adult. f. 2. juv. - *Wils. Am. Orn.* VII. t. 61. f. 1. - *Aud. Am.* b. t. 335. *Orn. Biogr.* IV. p. 274. - *Id.* 8^o. edit. VI. p. 105. t. 367. f. 1. ad. 2. juv. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 151. f. 489. 490. ex *Am. s. Glauco-viridis*; subtus cinerascens; pileo aureo-nigro, cristato; collo, pectoreque intense vinaceo-castaneis, in jugulo albo, maculis vittisque nigris: alis obscure fuscis, tectricibus viridibus ferrugineo marginatis: rostro fusco-virescente; loris luteis: pedibus virescentibus; digitis inaequalibus; interno brevioribus quam externis.

Adult. dorso plumis elongato-acuminatis.

Juv. cinereo-virens plumis dorsalibus elongatis nullis.

2. ARDEA **scapularis**, *Ill.* nec *Sundev.* (virescens,

var. β . *Gm. et Lath.* - coerulea, var. δ . *Gm.* - coerulea, var. γ . *Lath.* - cyanura, *Vieill.*, ad. - fuscicollis? *Vieill.* juv. - *Egretta scapularis*, *Sw.* - *Herodias scapularis*, *Cab.* - *Agamia scapularis*, *Reich.* - *Cancrophagus brasiliensis*, *Br.* - *Ardeola brasiliensis* *Marcgravii*, *Ray.*) *Pl. enl.* 908. - *Will. Orn.* p. 285. - *Ray*, *Av.* p. 101. *sp.* 18. - *Br. Av.* v. p. 479. *sp.* 40. - *Buff.*, *Ois.* p. 408. et 404. - *Azara*, *Parag.* III. p. 177. *sp.* 358. - *Reich.*, *Syst. Av.* t. 151. f. 491. ex *Brasil.* *Glaucogriseus*, *subtus cinerascens*; *pileo nigro cristato*; *collo cinereo*, *in jugulo albo*, *vitta hinc inde e maculis ferrugineis*, *paucisque medianis nigris*: *alis cinereo-virentibus*; *tectricibus albido-marginatis*: *rostris fusco-virescentibus*; *pedibus cinereo-flavidis*; *digitis lateralibus aequalibus*.

Quid ARDEA SPADICEA, *Gm.* ex *Seba*, *Mus.* I. t. 64. f. 2. ex *Mexico*, *purpureo-badia*; *remigibus*, *cauda*, *et capite laevi*, *badiis*; *vertice nigro*. *Longit. pedalis?*

* * *Africanæ.*

5. ARDEA ***atricapilla***, *Afzelius* 1804. (*scapularis*, *Sundev. nec Ill.* - *Egretta thalassina*, *Sw.* - *Herodias thalassina*, *Hartl.* - *Butorides thalassina*, *Blyth.* - *B. atricapilla*, *Bp.*) *Two Cent.* p. 333. *sp.* 157. - *Jardin.* in *Ann. et Mag.* XVII. p. 51. *Fig. nulla.* ex *Afr. occ. Senegal. Gambia*, *Ins. S^t Thomæ*, *Calabar. Minor*; *glaucoviridis*, *cupreo-micans*; *subtus cinerascens*; *pileo cristato*, *aureo-nigro*; *collo cinereo*, *in jugulo albo ferrugineo tincto*, *sed immaculato*: *alis fusco-virentibus*, *tectricibus albido-marginatis*: *digito interno vix quam externus brevior.*

Faem. fusca albo-maculata.

4? ARDEA ***brevipes***, *Hemprich.* (*Herodias brevipes*, *Caban.*) *Symbolæ Physicæ*, *Nota in art. Ard. schistaceæ.* ex *littoris Nili et Maris rubri.* *Similis* *præcedentibus*; *sed rostro pedibusque crassis*, *validioribus*; *rostri longitudine quintupla ejusdem latitudinis.* *An a præcedente distincta?*

* * * *Asiaticæ.*

5. ARDEA ***chloriceps***, *Hodgs.* (*A. javanica* ex *India*, *Blyth.* - *A. scapularis* ex *Japan.* *Schleg.* - *Butorides chloriceps*, *Bp.*) *Cat. Calc. Mus.* p. 281. *sp.* 1644. - *Temm. et Schleg.*, *Faun. Jap.* I. p. 116. *Fig. nulla.* ex *As. orient. centr. et mer.* *Simillima* *præcedentibus*; *sed minor*, *pileo minus nigricante*: *re-*

migum prima tertiam aequante; secunda omnium longissima. Long. 15-poll. Rostr. 3 $\frac{1}{2}$ poll. Al. 7 $\frac{1}{2}$. - Caud. 2 $\frac{3}{4}$. Tars. 2-poll.

Quid ARDEA MELANOLOPHA, Raffles. (melanocephala! Gr. - Tigrisoma! melanolopha, Blyth.) Linn. Tr. XIII. p. 326. sp. 4. ex As. m. et or. Malasia? Castanea, nigro-varia; subtus albo, nigro, brunneoque variegata; crista, caudaque nigris: rostro breviculo; collo breviculo, crassiculo. Long. 16 $\frac{1}{2}$ poll.

*** Oceanicae.

6. ARDEA **javanica**, Horsf. (simillima, Bp. 1828. in litt. et Museis variis ex specim. Ins. Philipp. - virescens ex Malasia, Auct. - Egretta javanica, Sw. - Herodias javanica, Hartl. - Ardetta javanica, Gr. - Butorides javanica, Blyth.) Linn. Trans. XIII. p. 190. et 326. sp. 17. ex Malasia, Java, Sumatra, Ins. Philippinis. Similis quoad staturam et colores Butorid. scapulari. Brunneo-virescens; subtus cinerea: subcristata; pileo, alis, caudaque saturate olivaceis, aeneo-splendentibus; plumis dorsalibus linearibus longissimis, aeneo et canescente variegatis: remigibus nigro-opacis. Long. 11-pollic.

7. ARDEA **patruelis**, Peale. (Butorides patruelis, Bp.) Unit. St. Expl. Exp. Orn. VIII. p. 216. t. 61. f. 1. ex Ins. Otahiti. Similis B. virescenti. Cupreo-virescens; subtus et in colli lateribus cinereo-cinnamomea; linea secus medium juguli alba maculis hinc inde in apice plumarum ochraceis: alis subtus cinereis, margine antico albo; tectricibus superioribus marginatis; remigibus fusco-cinereis, rachidibus nigris; prima tertiam aequante, tertia omnium longissima: cauda rotundata; rectricum rachidibus supra nigris, infra albidis: rostro nigro, subtus flavo; loris viridibus, macula supraoculari antica flavissima; pedibus flavis.
Long. 1 $\frac{1}{2}$ ped. Rostr. 3 $\frac{1}{2}$ poll. Al. 7-poll.
Caud. 2 $\frac{1}{2}$ poll. Tars. 1 $\frac{1}{2}$ poll.

***** Australasianae.

8. ARDETTA **stagnatilis**, Gould. (Egretta? stagnatilis, Gr. - Butorides stagnatilis, Bp.) Proc. Zool. Soc. Nov. 1847. - Austr. VI. t. 67. - Reich., Vög. Neuholl. B. sp. 537. - Id. Syst. Av. t. 152. f. 2667. 2668. ex Australia praecipue sept. Pileo cum cristula nuchali vittaque brevi suboculari nigris; subtus cum genis colloque undique subvinaceo-cinerea, postice intensior; dorsi plumis elongatis plumbeis, rachidibus dilutioribus: tectricibus alarum ardesiaceis, ochraceo albidoque marginatis: remigibus rectricibusque cinereis:

rostrum nigricante, mandibula magna ex parte olivacea; orbitis, iridibus, pedibusque flavis.

Juv. fuscescens; gula juguloque late albidis fusco-variis; tectricibus alarum remigibusque macula apicali alba.

9. ARDETTA *macrorhyncha*, Gould. (Herodias? macrorhyncha, Gr. - Butorides macrorhynchus, Bp.) Proc. Zool. Soc. 22 Febr. 1848. - Austr. vi. t. 66. - Reich., Vög. Neuholl. sp. 324. - Id. Syst. Av. t. 155. f. 2669. 2670. ex Austr. or. Similis praecedenti; sed major, capite globoso, rostroque valde robustiore.
Viridi-olivacea; subtus cinereo et rufescente mixta: pileo et cristula nuchali nigro-viridibus; gula, juguloque albis maculis oblongis fuscis concatenatis: tectricibus alarum obscure fulvo-rufo marginatis: remigibus primariis rectricibusque ardesiacis; secundariis macula alba triangulari apicale: rostro nigricante, subtus in basi virescente: pedibus flavis.

118. Ardetta, Bp. ex Gr. (Herodias! part. Hartl. - Ardea, part. Gr.) Corpus compressum: collum breviculum, crassulum: plumae scapulares integrae: pedes breves; digito interno longiore quam externus. Minores. Ralliformes.

Afr. As. Oc. 5.

* ARDEIRALLA, Verr. Africanæ.

1. ARDEA *sturmi*, Wagl. (Egretta plumbea, Sw. - Egretta sturmi, Auct. - Ardetta sturmi, Gr. - Herodias sturmi, Caban. - Ardeiralla sturmi, Verr.) Syst. Av. sp. 37. - Sw. Anim. in Menag. p. 334. sp. 159. - Mitch. Gen. B. t. 150. - Reich., Syst. Av. t. 155. f. 2392. ex Senegambia, Senegal. Minor; fusco-plumbea; gula alba, secus medium nigra; juguli pectorisque plumis nigricantibus rufo-ochraceo late limbatis; abdomine cinereo flammulis fulvescentibus: rostro nigro; pedibus luridis.
2. ARDEA *gutturalis*, Smith. (Cancerphagus gutturalis, Smith, Report Exped. 1836. - Ardeola gutturalis, Auct. - Ardeiralla sturmi, part. Verr. - Ardetta gutturalis, Bp.) Ill. S. Afr. Zool. Av. t. 91. mas. - Reich., Syst. Av. t. 158. f. 1024. mas. ex Africa m. Simillima praecedenti; sed mandibula flavida nec nigra. Coracino-ardesiaca; gula pectoreque albo-rufescentibus nigricante virgatis; abdomine castaneo nigro-vario.

** ARDETTA, Bp. Asiaticæ et Oceanicæ.

3. ARDEA *flavicollis*, Lath. (nigra, Vieill. - Ardetta flavicollis, Blyth, nec Gould. - Herodias flavicollis,

Caban.) *J. E. Gr. et Hardw. Ill. Ind. Zool.* 1. t. 66. f. 2. jun. - *Jard. Ill. Ind. Zool.* t. 16. adult. - Reich., *Syst. Av.* t. 153. f. 2393. ex *As. or. Ind. continent.* Ex virescente purpureo-nigra; subtus nigro-fuliginosa, plumis abdominalibus ferrugineo tinctis: loris nigro castaneoque tanquam squamulatis; gula alba; jugulo albido castaneo nigroque varia, plumis inferioribus lanceolato-elongatis, interne castaneis, externe margine lacteo, et cum apice nigris; vitta utrinque ad colli latera flava; plumis pectoris elongatis nigris, hinc albo marginatis.

Juv. in ardesiacum vergens.

4. **ARDEA FLAVICOLLIS** ex Java, Auct. (*bilineata*, Cuv. picta? *Raffles.* - *Ardetta bilineata*, Bp.) *Trans. Linn. Soc.* XIII. p. 13. sp. 7. - *Pucheran, Etudes sur les Types du Musée de Paris*, in *Rev. Zool.* 1851. ex *Malasia, Java, Sumatra.* Similis praecedenti; sed fuliginosa opaca, nec nigro-coracina.

Nigro-fuliginosa; alis valde obscurioribus; capite nigro; gula restricte alba; jugulo castaneo albo-flammulato, vitta longitudinali hinc inde flava: cauda nigrocyanea.

5. **ARDEA FLAVICOLLIS**, Gould, nec Lath. (*gouldi*, Bp. in litt. - *australis?* Cuv. nec Gould., juv. - *Ardetta flavicollis*, Gr. part. - *Ardetta australis*, *Pucheran.* - *A. gouldi*, Bp.) *Austr. B. t.* 65. - Reich., *Vög. Neu-holl.* sp. 323. - *Id. Syst. Av.* t. 153. f. 2794. 2795. ex *Austr.* Similis praecedentibus; sed major, et colli lateribus etiam maculatis; maculis jugularibus majoribus, nigrioribus.

119. **ARDEOLA**, Bp. ex Br. Caban. (*Ardetta* hinc *Ardea* part. Gr.) Rostrum longum, gracile, acutum: pedes breviculi; tibiis ex toto plumosis! digiti robusti, elongati, membranula vix ulla: alae longulae; remigum 1. 2 et 5. omnium longissimis; cauda brevissima, rectricibus 10! corpus valde compressum: caput laeve; plumae colli inferiores, cervicem nudam partim tegentes. Minimae. *Ralliformes.* Sexus diversi!

Cosmop. 7.

* *Orbis antiqui.*

1. **ARDEA cinnamomea**, Gm. (*Ardetta cinnamomea*, Gr. - *Ardeola cinnamomea*, Caban.) *Lath. Syn.* III. p. 97. sp. 43. - *Horsf. Syst. Arr. in Linn. Tr. Soc.* XIII. - *Hardw. Ill. Ind. Zool.* 1. t. 66. f. 1. - Reich.,

Syst. Av. t. 150. f. 495. ad. et t. 154. f. 2396. juv. ex As. m. Cinnamomea; mento crissoque albis; gula utrinque litura alba; jugulo fusco-striato: rostro pedibusque flavis.

2. ARDEA **sinensis**, Gm. (lepida, Horsf. adult. - nebulosa? Horsf. juv. - melanoptera, Cuv. - melanophis errore, Less. - melanotis errore, Gr. - Ardetta sinensis, Gr. - Ardeola sinensis, Bp.) *Lath. Syn. III. p. 99. sp. 73. - Id. Gen. Hist. IX. p. 125. sp. 98. et p. 129. sp. 106. - Horsf. Syst. Arrang. B. Java, in Trans. Linn. Soc. XIII. p. 190. sp. 10? adult. et sp. 11. juv. - Hardw. Ill. Ind. Zool. I. t. 66. f. 2? juv. fig. mala sub alio nomine. ex As. m. et or. Ins. Java. China. Isabellino-fuscescens; dorso saturatiore; subtus dilutior: pileo cum cristula occipitali nigro-virentibus; genis, nucha cerviceque rufo-castaneis; pectore fuscescente plumis flavido-marginatis: remigibus rectricibusque atris. Longit. 13½ poll.*
- Juv. Rufo et spurco-flavido nebulosa, subfasciata; subtus dilute rufo; collo pallidior, strigis fuscis variegata; pileo nigricante: remigibus, rectricibusque badiis.
5. ARDEA **minuta**, L. et var. a. juv. (var. b. *Lath.* jun. nec faem. - naevia? Gm. - danubialis, juv. et soloniensis, adolescens, Gm. - Ardeola, Br. adult. - A. naevia, Br. juv., Botaurus striatus, juv. et B. rufus, adolesc. Br. - Botaurus minutus, Boie. - Bot. pusillus, Brehm. - Cancrophagus minutus, Kaup. - Butor minutus, Sw. - Ardetta minuta, Gr. - Ardeola minuta, Bp. Caban.) *Pl. enl. 525. - Edwards, B. t. 275. - Br. Orn. v. p. 497. t. 40. f. 1. adult. et p. 500. t. 40. f. 2. juv. - Frisch. Av. t. 206. 207. - Nozeman, Nederl. Vög. t. 28. 29. - Shaw. It. t. in p. 255. - Russ. Alep. p. 71. t. 10. - Buff., Ois. VII. p. 395. - Penn. Br. Zool. App. p. 663. t. 8. - Id. 8^o ed. 1812. II. p. 18. t. 4. - Id. Arct. Zool. II. p. 457. sp. 359. - Lath. Syn. III. I. p. 65. sp. 27. - Naum. Vög. Deutschl. IX. p. 194. t. 227. - Brehm, Vög. Deutschl. p. 597. t. 34. f. 3. - Hahn, Deutschl. II. t. 8. - Bewick, Brit. B. II. f. in p. 51. - Selby, Br. Orn. II. p. 36. - Roux, Orn. Prov. t. 322. 323. - Yarr. Br. B. II. f. in Vög. p. 535. - Gould, B. Eur. t. 282. - Bouteille, Orn. Dauph. t. 51. f. 1. - Reich., Syst. Av. t. 150. f. 497. adult. 496. juv. - Calw. Thierw. Deutschl. t. 6. f. 20. ex Eur. As. s. et occ. Afr. etiam m. Pileo, dorso, remigibus,*

rectricibusque ex virescenta nigerrimis; subtus rufo-flava: tectricibus alarum superioribus latissime lacteis; inferioribus candidis.

- * 4. **Ard. podiceps**, Bp. Mus. Paris. a Berniero 1834. ex Madagascar. Similis praecedenti; sed minor; rostro graciliore: alis valde brevioribus, tectricibus superioribus rufo-canis, nec lacteis; tectricibus inferioribus spurco-rufis, nec candidis; collo obscure rufo, nec cano; abdomine crissoque rufescentibus.

5. ARDEA **pusilla**, Vieill. (maculata? Lath. juv. - Ardetta pusilla, Gould. - Ardeola pusilla, Bp.) Nouv. Dict. XIV. p. 432. - Id. Enc. p. 1128. sp. 67. adult. et sp. 68. juv. - Lath. Gen. Syn. Suppl. II. p. 305. - Gen. Hist. IX. p. 73. juv. - Gould, Austr. VI. t. 78. mas et faem. - Reich., Syst. Av. t. 152. f. 2665. adult. 2666. juv. ex Australia. Nigro-virens; subtus cinnamomeo-ochracea; genis et collo supra castaneo-cinnamomeis; jugulo pallide cinnamomeo, plumis medianis singulis vitta castanea; fasciculo plumarum nigrarum margine alari externo castaneo; remigibus nigro-ardesiaceis: rostro, culmine nigricante, pedibusque flavis. Faem. castanea, subtus alba plumis singulis stria mediana fulva et macula centrali brunnea, in pectore densioribus: remigibus cinereis: rectricibus nigris.

** Americanae.

6. ARDEA **exilis**, L. (Ardetta punctata, Gr. juv. - A. exilis, Gr. adult. - Ardeola exilis, Bp.) Lath. Syn. III. I. p. 66. sp. 28. - Wils. Am. Orn. VIII. p. 37. t. 65. f. 4. - Aud. Am. B. t. 210. - Orn. Biogr. III. p. 77. et V. p. 606. - Id. 8^o. ed. VI. p. 100. t. 566. f. 1. mas. 2. faem. 3. juv. - Gr. List. specim. B. Br. Mus. III. p. 83. ex Am. n. nec Australia juv. - Reich., Syst. Av. t. 150. f. 498. ad. 499. juv. ex Am. s. Mexico, Antillis. Similis A. minutae; sed etiam minor; collo, tectricibusque alarum fulvo-castaneis; tectricibus inferioribus flavo-olivaceis, nec albis.

Minima: rufo-castanea; subtus albida; cervice et colli lateribus rufis: tectricibus alarum superioribus fulvo-lacteis: pileo, plumarum fasciculo hinc inde pectoralis, remigibus, nonnullis apice badiis, rectricibusque, nigris.

7. ARDEA **erythromelas**, adult. variegata et involucris, juv. Vieill. (humilis, Licht. - Ardetta humilis? Gr. - Ardeola humilis, Caban. - A. erythromelas, Bp.) Azara, Par. sp. 360. ad. 361. juv. ex Brasil. Chili. Parag. Similis praecedenti; sed dorso casta-

neo-purpureo, nec nigro-virente, medio tantum brunnescente; gula alba, minime flavicante, secus medium linea nigricante divisa.

Juv. *cinnamomeo-olivascens; fascia elongata verticis plumarumque dorsalium cinereo-aurantio marginatarum nigris; subtus alba, flavo-cinnamomeo varia: remigibus ardesiacis, apice roseo-cinnamomeo.*

Quid Ardetta spadicea! Blyth.?) ex America centrali?

B. BOTAUREAE.

Rostrum elongatum, gracile, acutum: pedes breviculi; tibiae parum denudatae; tarsi late scutellati; digitus internus longior quam externus: plumae scapulares compactae: plumae colli laterales infimae elongatae, rotundatae, subrigidulae, cervicem fere implumem tegentes: cauda brevissima; reetricibus 10! mollissimis.

120. **Botaurus**, Steph. *ex Br.* (Butor, Sw.)

Cosmop. 6.

1. ARDEA **stellaris**, L. (Botaurus stellaris, Steph. - Butor stellaris, Sw. - Bot. stellaris, lacustris et arundinaceus, Brehm. - Botaurus, Br. - Butor, Buff. - Bittern, Penn. - Rohrdommel, Frisch.) *Pl. enl.* 789. - *Belon, Av.* 42. - *Gesn. Av. p.* 314. *t.* 215. - *Aldrov. Orn.* III. *p.* 403. *t.* 405. - *Mars. Danub. v. p.* 16. *t.* 6. - *Ray, Av. p.* 100. *sp.* 11. - *Will. Orn. p.* 282. *t.* 50. 52. - *Alb. Av. I. t.* 68. - *Nozem. Nedert. Vög. t.* 40. 41. - *Frisch, Av. t.* 205. - *Br. Av. v. p.* 144. *sp.* 24. *t.* 37. *f.* 1. *fig. mala.* - *Buff. Ois. VII. p.* 411. *t.* 24. *fig. pessima.* - *Penn. Br. Zool. II. sp.* 174. - *Id. 8^o. ed.* 1812. II. *p.* 14. - *Arct. Zool. II. p.* 11. *p.* 452. - *Lath. Syn. III. I. p.* 56. *sp.* 17. - *Hayes, Br. B. t.* 19. - *Steph. Cont. Shaw's Zool. XI. p.* 493. - *Bewick, Br. B. II. f. in p.* 47. - *Selby, Br. Orn. II. p.* 30. - *Naum. Vög. Deutschl. IX. p.* 159. *t.* 226. - *Yarr. Br. B. II. f. in p.* 539. - *Hahn, Deutschl. Vög. t.* 9. - *Roux, Orn. Prov. t.* 519. - *Gould, B. of Eur. t.* 280. - *Bouteille, Orn. Dauph. t.* 50. *f.* 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 150. *f.* 504. 505. - *Calwer, Thierw. Deutschl. t.* 6. *f.* 21. *ex Eur. As. Afr. Rufescente-flavus, fusco-variegatus; pileo scapularibusque ex purpurascente nigris: remigibus rufis nigro-fasciatis: digito medio tarso longiore. Longitudo fere 2¹/₂ pedalis.*

2. ARDEA **pauciloptila**, Wagl. (non poiciloptera! - Botaurus australis Gould, nec Cuv. - melanotus, Gr.

App. in Dieffenb. New Zealand. II. p. 196. - B. paciloptilus, Bp.) Syst. Av. in art. Ard. sp. 28. - Gould, Austr. VI. t. 74. - Reich., Syst. Av. t. 127. f. 2453. f. bona, et t. 152. f. 2663. et 2664. ex Austr. Tasmania, N. Zeelandia. Similis praecedenti; sed major, pileo cerviceque ex toto fuscis, nec restricte nigris: remigibus minus rufis.

5. ARDEA STELLARIS var. β . **minor**, Gm. (lentiginosa, Montag. - mokoho, Vieill. - minor, Wils. - mokoho, Wagl. - Botaurus freti-hudsonis, Br. - lentiginosus, Steph. - adpersus, Cab. ex Ill.) Edw. B. t. 156. - Mont. Orn. Dict. in Suppl. - Wils. Am. Orn. VIII. p. 35. t. 65. f. 3. - Sw. et Rich., Faun. Bor. Am. II. p. 374. - Nutt. Man. II. p. 60. - Aud. Am. B. t. 557. Orn. Biogr. IV. p. 296. - Id. 8^o edit. VI. p. 94. t. 565. f. 1. mas. 2. faem. - Gould, B. Eur. t. 281. ex Am. s. Mexico; accidentaliter Eur. s. occ. Flavo-ferruginea, atro et rufescente variegata, et nigricante adpersus; macula fasciali lata fusco-flavida, vittaque obliqua interne nigricante a genis ad cervicem; gula alba fusco-striata; pileo, macula utrinque ad colli latera, remigibusque nigris immaculatis: digito medio tarsum aequante. Long. 1-pedalis.
4. ARDEA **pinnata**, Licht. (Botaurus pinnatus, Caban.) Wagl. in Iside 1829. p. 662. - Licht. Nomencl. Av. Mus. Berol. p. 89. ex Am. m. Brasil. Guiana. Simillima praecedentibus; sed rachidibus plumarum colli rigidis, hispidulis; remigibus reetricibusque minus variegatis; ungue pollicari maximo.
- Flavo-rufescens, fasciis maculariis subpinnatis nigricantibus; subtus albida, in lateribus flavida obscure fasciolata; gula pure alba; pileo secus medium nigricante: remigibus primariis nigris, margine interno tantum albido vario: cauda fuliginosa, reetricum margine flavo-rufescente.*
5. ARDEA **limnophilax**, Temm. (limnicola! Reich. - Nycticorax! limnophilax, Caban. - Botaurus limnophilax, Bp.) Pl. col. 581. - Reich., Syst. Av. t. 148. f. 510. ex Java. Migratorius. Brunneus, albido guttatus nigroque undulatus; plumis pilei et nuchae nigris macula subapicali alba; subtus rufescens brunneo-marmoratus vittis albis dilatatis: alis nigro rufoque vermiculatis; remigibus apice albis, reetricibusque unicoloribus cyaneo-nigris.
6. ARDEA **heliosylus**, Less. (Butor phaeton, Less. - Botaurus heliosylus, Pucher.) Garnot, Voy. Coq.

Atl. t. 44. - Reich., Syst. Av. t. 150. f. 508. - Mus. Paris. a Less. et Garnot. 1827. ex Nova Guinea. Niger; plumis nucae et dorsi longissimis latisque, fasciis transversis fulvescentibus; subtus albo-cinnamomeus, in gula abdomine crissoque purus, in jugulo pectoreque dense nigro-fasciatus: remigibus reetricibusque nigro-ferreis, albo maculatis et lineatis.

421. **Tigrisoma**, Sw. (Botaurus, part. Auct.)

Am. m. Afr. 3.

* *Americana.*

1. ARDEA **brasiliensis**, L. (lineata, Gm. nec Cuv. - soco, Wagl. nec Vieill. quae Ardea cocoi, L.; nec Caban. - fasciata, Such. - Botaurus brasiliensis, Auct. - Tigrisoma lineata, brasiliensis, et fasciata, Sw. Caban.) *Pl. enl. 860. - Brown, Ill. Jam. t. 54. - Azara, Parag. sp. 353. 354. - Reich., Syst. Av. t. 150. f. 507. ex Am. m. Brasil. et Guiana. Mexico! Ex olivaceo nigrum, rufo minutissime striolato-punctatum; subtus ex olivaceo cinereo-rufescens albedo fasciolum: capite colloque vivide castaneis, in pileo genis nucaque puris, in lateribus cerviceque densissime nigro-fasciatis; subtus vitta longitudinale e plumis latis, candidis, externe nigro castaneoque marginatis: remigibus, albo-apicatis, reetricibusque, immaculatis, viridi-ardesiatis; tetricibus alarum inferioribus plumisque axillaribus nigris albo-fasciatis.*

